2

HENRICI BOCERI,

I.C. TVBINGENSIS ACADEMIÆ ANTEcessoris;

TRACTATIO QUATUOR Quæstionum, perplexarum quidem, sed utilium, & in praxi frequentissimarum, ad modos amittendi feudum, de quibus non ita pridem ejusdem Autoris in lucem Tractatus prodiit, pertinentium;

UNA EST:

AN VASALLVS IPSO IVRE, vel judicis privante sententia feudum ob culpam amittat?

ALTERA:

AN DOMINVS FEVDVM IPSO jure amissum, autoritate propria possessionem rei feudalis occupare possint, necné?

TERTIA:

AD QVEM PERTINEAT FEVdum ita amissum, num ad ipsum Dominum, vel ad agnatos Vasalli?

QUARTA:

AN FEVDVM EX CVLPA VAsalli amissum, & ad Dominum reversum, post ejus Vasalli mortem ad agnatos pertineat?

ACCESSIT QVOQVE CATALOGus Operum ejusdem Autoris, eâdem in Academiâ editorum.

(o)

TUBINGÆ,

Typis & impensis Philiberti Brunnii,

ANNO M. DC. XXIX.

Anagramma,

AD

Nobiliss. & Excellentissimum Virum,

DN. HENRICUM BOCERUM JC.

& Antecessorem Academiæ Tubingensis Ordinarium eximium, Illustrissimi Principis VVürtembergici Consiliarium Dignissimum, & Supremi Dicasterii ejusdem Ducatus Assessorem dexterrimum, Patronum, Fautorem ac Præceptorem suum, æviternum honoratissimum.

HENRICVS BOCERVS.
HIC, EN, CVR SVB SERO.

Æqui maturus notam super æthera famam
  BOCERVS celebrat, dum renovatq; suam.
Accelerant miro rogitant qui pectore; quæso, HIC,
  EN, CVR SVB SERO Vespere tanta docet?
Vitæ qui medium seri quoque Vesperis amnem
  Trajecit, Cur non corpora fessa levat?
Candida Cygnæas imitantia timpora plumas
  Jamne petunt meritis otia nulla suis?
Quis melior vires sanguis modo suggerit, illis
  Ingens hoc Studium convenit, isque labos:
Hem, licet, effœto titubent in corpore vires,
  Attamen haud animi nobilis ille vigor.
Quem monumenta docent, quem nobis Classica monstrant,
  Dudum quæ Cœlo Syderibusque patent.
Ardet, ut erudiat, Senio spectabilis, adhuc
  Legibus omnes, quos jungere Feuda juvat.
Hinc opus hoc elegans, elegantior ipse BOCERVS
  En tibi, posteritas, consecrat atque dicat,
Hinc, quod præclarum est, famæ superaddere famam
  Assolet, Hinc laudes mille parare novas.

Observantia debita causa submissè f.

Iohan-Iacobus Frisch / Tubingensis.

IN COMMENTARIIS meis de modis amittendi feudum, ante annum editis, omisi quatuor Quæstionum perplexarum Tractationem, quarum

VNA EST:

An Vasallus feudum suum ob culpam amittat ipso jure, vel judicis privante sententia?

ALTERA:

An Dominus feudum ipso jure amissum, autoritate pro-

priâ possessionem rei feudalis occupare posśit, necné?

TERTIA:

Ad quem pertineat ita amissum feudum, num ad Dominum feudi, vel agnatos vasalli?

QUARTA:

An feudum ex culpa vasalli amissum, & ad Dominum reversum, post mortem vasalli ad agnatos pertineat?

Quia verò harum Quæstionum explicatio non indigna mihi visa fuit, quæ in usum proferretur publicum, hâc vice eam cum aliis communicare non dubitavi.

QUÆSTIONIS PRIMÆ.

An vasallus ipso jure, vel judicis privante sententia Feudum ob culpam amittat?

SUMMARIA.

1. IN tres distinctas opiniones hæc Quæstio distracta reperitur.
2. Affirmativæ sententiæ assertores adducuntur.
3. Eorum Argumentum primum.
4. Secundum Argumentum.
5. Tertium Argumentum.
6. In pœnalibus semper arripienda benignior sententia.
7. Nunquam quis pœnam privationis incurrit, nisi illa legibus sit expressa.
8. Omnis pœna regulariter requirit judicis sententiam.
9. Lex vel consuetudo pœnalis in dubio eam capit interpretationem quæ est non latæ sed ferendæ sententiæ.
10. Donatarius propter ingratitudinem suam in donatorem non ipso jure, sed per sententiam amittit rem donatam.
11. Creditor non ipso jure, sed per sententiam amittit pignus propter abusum vel deteriorationem rei pignoratæ.

12. Supra firmatæ sententiæ duos casus Iohan. Borcholt excipit.

13. Vulteius undecim casus.

14. Schrader. vigenti & unum casum.

15. Molinæus unum tantum casum excipiendum esse probat.

16. Altera & contraria negativa sententia authori placet.

17. Ratio hujus sententiæ prima.

18. Ratio secunda.

19. Feudum ipso jure modis acquirendi Feudum non verò sententia judicis constituitur, investitura, successione, & præscriptione.

20. Ratio tertia.

21. Ratio quarta.

22. Conditionalis Dispositio causam importat.

23. Verba, *careat, cadat & perdat*, privationem inducunt.

23. Ratio quinta.

25. Verba privativa in præsenti, inducunt privationem ipso jure, non privante demùm judicis sententia.

26. & 44. Leges plerunque in casus futuros concipiuntur.

27. Sexta Ratio.

28. De similibus idem debet esse judicium.

29. Vltima Ratio.

30. Feudum amittitur vel absque culpa vasalli, vel ex culpa seu delicto vasalli.

31. Feudum absque culpa vasalli certis modis ipso jure absque sententia privativa amittitur.

32. Feudum Guardiæ & Gastaldiæ Domino volente ipso jure vasallus amittit transacto Anno.

33. Feudum Soldatæ ipso jure finitur morte dantis vel accipientis.

34. Feu-

34. Feudum pro Mercede datum transacto Anni spacio amittitur ipso jure.

35. Feudum inhabilitate personæ vasalli ipso jure amittitur.

36. Feudum ipso jure ex culpa seu delicto vasalli amittitur absque sententia judicis privante.

37. Quibus ex causis.

38. Controversia inter dominum & vasallum orta, asserente vasallo rem ita se non habere, ut dominus prætendit, contentio illa in judicium est rejicienda.

39. Explicatur *tit.* 21. *lib.* 1. *Feud. in princ.*

40. Iudicis partes non in eo versantur, ut aliquem suo jure privet, sed id, quod legibus & constitutionibus aut moribus progitum est, sua sententia sequatur.

41. Desideratur judicis sententia declaratoria, licet ipso jure vasallus feudum amiserit.

42. Explicatur *text. tit.* 27. §. *quicunq; Advocatiam. lib.* 2. *Feud.*

43. Ordo judiciarius requirit, ut primùm de controversia fiat judicialis processus legitimus, & sententia in Reum feratur ,& posteà sententiæ illius executio fiat.

45. Explicatur *text. tit.* 26. §. *Vasallus si feudum. lib.* 2. *Feud.*

46. Tertia hujus Quæstionis opinio explicatur.

47. Feudum est ipsum utile dominium in re Feudali cùm sit usufructus.

48. Possessio non amittitur ipso jure, sed corporali apprehensione rei, ad eam amittendam opus est.

49. Possessio invito per Magistratum aufertur.

50. Interdum quidem non ipso jure amittitur

Feudum ex prætensa causa aliqua amittendi Feudum, sed requiritur ad illud amittendum judicis sententia, &c.

1 PRIMA ILLA Quæstio in tres distinctas opiniones reperitur distracta. Una est illorum, qui existi-
2 mant, ob culpam, hoc est dolum, sive fraudem vasalli, non multari feudo suo vasallum ipso jure, sed opus hîc esse judicis privante sententia; atque hanc conclusionem pro Regula habendam & communiter receptam esse tradunt. In horum numero præter alios sunt gloss. *in Tit. 55. de probib. feudi alienat. per Frideric.* §. *Callidis. in verb. Revertatur. lib. 2. feud.* Jacobin. de S. Georg. *Tractat. feud. in verb. Dictiq; Vasalli promiserunt, num. 9.* Francisc. Curt. Jun. *Tractat. feudor. part. 4. num. 155.* Nicol. Mozz. *Tractat. de feud. cap. alt. num. 40. & 105.* Sonsbek. *in comment. in usus feudor. part. 13. num. 75.* Hartman. Hartmanni ab Eppingen *Tit. 54. de feudis observat. 23.* Johan. Petr. de Ferrariis Papiensis, *in aurea practica, in forma libelli, qua agitur ad revocationem feudi,* §. *nec superstitibus ex eo liberis. num. 26.* Molinæus. *in consuetud. Paris. gl. 1.* §. *30. num. 23.* Julius Clarus *lib. 4.*

Sen-

Sententiarum. §. *Feudum quæst.62.* Hotomannus. *consil. 28. numer. 12.* Schurpff. *consil. 27. num. 1. cent. 1.* Ludolphus. Schrader. *Tractat. feudal. part. 2. partis 9. principalis. Sect. 8. num. 14. & seqq.* Johan. Fichard. *ad communes opiniones Baptistæ à Villalobos, nu. 24.* Duaren. *in comment. in consuetud. feud. cap. 15. num. 4.* Wesenbec. *Tractat. de feud. cap. 15. nu. 9.* Herman. Vultej. *c. 11. n. 56. lib. 1. de feud.*

Hujus conclusionis Argumenta adferuntur speciosa. Primum producitur textus 3
ex Tit. 21. de feudo sine culpa non amittend. in princ. lib. 1. feud. ubi dicitur, quod feudum sine cognitâ culpâ non amittatur. Quibus verbis significatur, quòd ad feudi amissionem judicialis cognitio requiratur, Secundò adfertur & hæc ratio, quod feudorum 4
placita, ubi de feudi amissione propter delictum agunt, utuntur verbis futuri temporis, AMITTAT, PRIVABITUR, PERDAT, DAMNETUR, &c. *Tit. 55. §. Prætereà, si quis major, ibi, feudum amittat. & §. Firmiter* ibi, feudum amittat, *Tit. 57. Quot testes sint necessarii ad probandam feudi ingratitudinem, ibi, feudo privabitur. Tit. 54. de Allodiis. lib. 2. feud. Tit. 22. Quo tempore miles, in fine princ. lib. eod. feud.* Denique hanc in sententiam Schrader. *dict. sect. 8. num. 15. & seqq.* aliquot

5 adducit rationes : Nunquam aliquis, ait,
suo privatur jure, nisi hoc expressè cau-
tum reperiatur. *Novell. 2. cap. 3. Cùm igitur.*
versiculo. §. Sicut enim patres. Item : In pœ-
6 nalibus semper benignior capienda est in-
terpretatio. *l. Interpretatione. 42. ff. de pœnis.*
l. Factum. 155. §. ult. ff. de reg. jur. ut & hoc
7 enunciatum : Nunquam aliquis pœnam
privationis incurrit, nisi hoc legibus ex-
pressum fuerit. Pro quo axiomate vario-
rum Jurisconsultorum authoritatem alle-
8 gat. *num. 17.* Tùm etiam illud : Omnis pœ-
na regulariter judicis sententiam requirit,
per. l. Quod ad statum. 12. ff. de pœnis. l. 1. §. Calu-
mniatoribus. 2. junct. §. Sed non utiq. seq. ff. ad
Senatuscons. Turpillian. Nec non illud : Lex
9 & consuetudo pœnalis in dubio eam capit
interpretationem, quæ sit non latæ, sed fe-
rendæ sententiæ, pro quâ definitione alle-
gat, *gl. & Dd. varios, num. 18.*

Denique nititur hoc à simili Argumen-
10 to ; Donatarius propter ingratitudinem
suam in Donatorem, non ipso jure, sed per
sententiam amittit rem donatam : Et cre-
11 ditor non ipso jure, sed per sententiam
amittit pignus propter abusum & deterio-
rationem rei pignoratæ, pro quo utroque
enunciato Dd. authoritates adducit.

Etsi

Etsi verò communis isthæc traditio sit Doctorum eaque pro regula ponatur, ut anteà indicavi, ab ea tamen quosdam excipiunt casus, ubi non sit opus judicis privativa sententia, sed ipso jure feudum ex culpa vasalli amittatur. Duos proponit Joh. Borcholt. *in commentar. in consuetudines feudorum. dict. cap. 8. num. 156.* Unus est, de feudi sine consensu Domini facta alienatione: Alter, de crimine læsæ majestatis à vasallo in Dominum commisso. Sed Vultejus *dict. cap. 11. num. 60.* ex interpretum monumentis undecim adducit exceptos casus: putà, si in feudi constitutione convenerit inter Dominum & vasallum, ut hic ob commissum delictum ipso jure cadat. 12 13

Si item feudum à vasallo sit alienatum absque licentia Domini: Si incestum vasallus commiserit: Si idem in Dominum commiserit læsæ majestatis crimen: Si ille hæreticus sit: Si Princeps Ecclesiæ vasallus, aut communitas feudum possidens ab Ecclesia contra ipsius libertatem statuta faciat: Si feudum ad tempus certum sit concessum, & tempus illud finitum sit: Si item feudum certæ familiæ sit concessum, & ea familia jam defecerit: Si vasallus ob personæ suæ inhabilitatem feudum amiserit: Si deni-

denique vaſallus ob non petitam inveſtituram intra legitimum tempus feudum perdiderit. Similiter Heinricus à Roſenthal. *Tractat. feud. cap. X. concluſ. 41. num. 25. & aliquot ſeqq.* eoſdem caſus excipit à generali illa regula.

14 At Schraderus *dict. Tractat. feudal. part. 2. partis 9. principalis, Sect. 8. num. 21.* recenſet exceptos caſus vigenti & unum, quibus ipſo jure vaſallus feudo ſuo exuatur, & non deſideretur judicis ſententia privans, qui caſus apud ipſum Schraderum videri poſſunt.

15 Cæterùm Molinæus *in conſuetud. Pariſ. Tit. 1. §. 30. num. 23.* Unum ſolummodò excipit caſum: Sed, ait, communis & vera omnium Dd. ſententia eſt, quod nunquam amittitur ipſo jure, ſed tantùm per ſententiam, ſive per negationem, ſive propter non petitam inveſtituram infra annum & diem, ſive propter feloniam, aut aliam quamcunq; cauſam amittendi feudum, excepto ſolo caſu venditionis, vel alterius alienationis & traditionis Domino irrequiſito, in quo amittitur, & ad patronum revertitur ipſo jure.

16 Altera eaque contraria opinio à jure feudorum minimè aliena mihi videtur, quod

quòd ſcilicet ipſo jure vaſallus beneficium ſuum ex cauſis amittendi feudum juſtis perdat, nec opus ſit ad feudi privationem judicis ſententia: idq́ue ſequentem in modum oſtendo.

Primò in libris feudorum amiſſio feudi ipſis legitimis cauſis & modis adſcribitur, non judicis ſententiæ, *Tit. 5. Quibus modis feud. amitt. & Tit. 17. Quibus modis feudum amittatur. libr. 1. feud. Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi, lib. 2. feud.* Ergò ipſo jure ex cauſis illis legitimis amittitur feudum, non judiciali quâdam ſententiâ. 17

Secundò, quæ natura & conditio eſt modorum adquirendi, eadem quoq; ut ſit conditio & natura modorum amittendi, ipſa naturalis ratio & leges ſuadent. *l. Nihil tàm naturale eſt. 35. l. Omnia quæ jure. 100. ff. de reg. jur. l. Eas obligationes. 8. ff. de capite minutis.* Sed modis adquirendi feudum ipſo jure non judicis ſententia feudum conſtituitur, puta inveſtiturâ, ſucceſſione, & præſcriptione, *Tit. 1. in fin. Tit. 11. de ſuceſſion. fratrum vel grad ſuccedent. in feud. in princ. & Tit. 26. Si de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum & agnatos, §. ſi quis per triginta. libr. 2. feudor.* Ergò etiam modis amittendi feudum ipſo jure illud amittitur, nec opus eſt 18 19

ad

ad amissionem judicis privante sententia.

20 Tertiò feudorum placita generaliter testantur, quod vasallus ob culpam suam justam à feudo cadere dicatur. *Tit. 24. §. Denique, quæ fuit prima caus. amitt. feud.* Ubi Jurisconsultus sæpè, *ait*, quæsitum est vasallo propter justam culpam à feudo cadente, utrùm ad Dominum, an ad successorem vasalli beneficium pertineat. Quibus verbis ostendit feudista, vasallum à feudo suo cadere propter culpam suam, atque ita feudi amissionem adscribit ipsi & soli culpæ vasalli, non judicis sententiæ privanti, ac simùl addit, ita amissum feudum pertinere ad alium, nec subjicit, quod hîc exspectanda sit judicis privans sententia.

21 Quartò feudi lex arguit disertè, quod vasallus si quoddam scelus in Dominum suum committat, feudo carere debeat, *Tit. 17. Quibus modis feudum amittatur in fin. lib. 1. feud.* Ubi, quod notandum, utitur Jurisconsultus quater particulâ conditionali. SI: si ait, in bello seniorem dimiserint, si credentiam ad seniorum damnum scienter manifestaverint, si uxores domi-

dominorum adulterârint, si scienter Seniores assilierint, vel similes culpas commiserint, beneficio carere debent. Conditionalis autem Dispositio causam impor- 22
tat, ut Grammatici & Jurisconsulti noverunt. Amissio igitur feudi adscribenda est ipsi culpæ & sceleri vasalli, ut causæ suæ, non judicis sententiæ: Id quod ex eo etiam cognoscitur, quod verbum CAREAT, ut & 23
verbũ CADAT, item verbum perdat privationem inducunt, per ea quæ tradit Felin. *ad C. Rudolphus. num 24. circa finem. vers. Sed contra ipsos & num. 25. extr. de rescriptis, ubi docet, quod verba legis* perdat, cadat, careat, sui natura sint privativa, & privationem annexam habeant.

Quintò feudorum jura ubi de causis 24
amittendi feudum agunt, utuntur etiam verbo præsentis temporis AMITTIT, *tit. 24. in princ. quæ fuit prima caus. amitt feud. ibi, beneficium amittit, & §. Item, qui dominum, vers. Porrò, ibi, beneficium amittit, & §. seq. ibi, beneficium amittit, & §. Deniq. vers. Si verò, ibi, feudum amittit. lib. 2. feudor.* Verbum autem ejusmodi denotat amissionem, quæ 25
fit ipso jure; non privante judicis sententia. Bald. *ad l. 2. in addit. num. 7. C. de jure emphyteut.* Francisc. Cremensis. *singulari. 7.*

Et

Et licet feudorum leges, ubi de feudi amissione agunt, sæpenumerò utantur verbis futuri temporis, amittat, privabitur, perdat, damnetur, ut suprà ostendi. Item verbis multabitur, beneficio cariturum, *Tit. 5. §. Aut si libellario, ibi*, amissione feudi multabitur, *lib. 1. feud. & tit. 52. de probibit. feud. alien. per Lothar. §. Si quis verò, ibi*, beneficio se cariturum, *lib. 2. feudor. item verbo* carebit, *dict. tit. 24. in fine principii, ibi*, beneficio carebit, *lib. eod. feud.* attamen propterea factum illud fuisse putan-
26 dum est, quod leges plerunque in casus futuros concipiuntur. *l. leges. 7. C. de leg. ubi Theodos. & Valentinianus Impp.* leges, *ajunt*, & constitutiones futuris certum est dare formam negociis, non ad facta præterita revocari, nisi nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negociis cautum sit. Sic Jurisconsultus feudista, *in dict. tit. 24. lib. 2. feud.* utitur verbis modò futuri, modò præsentis temporis.

27 Sextò ususfructus, cui feudum simile est, *tit. 23. in quib. caus. feud. amittat. §. ult. vers. ususfructus verò, lib. 2. feud.* ut certis modis ipso jure absque judicis sententia constituitur, traditione scilicet rei fructuariæ & patien-

patient a. *l. Si ego emi. 11. §. 1. ff. de publiciana in rem act.* ita quoque certis modis absque judicis arbitrio ipso jure finitur, §. *Finitur autem. 3. Instit. de usufructu. & tot. tit. ff. Quibus modis ususfructus vel usus amittitur*; Idem ergò dicendum quoque de feudo, quod scilicet ut certis modis jure constituitur, ita etiam ipso jure certis modis finiatur, & amittatur, cùm de similibus idem judicium 28
esse debeat, ut eleganter docet Everhard. *in Topicis legalib. in loco à simili.*

Postremò inductione etiam modorum 29
& specierum amittendi feudum ostendi potest, regulariter & ex legitimis causis feudum ipso jure absque judicis sententiâ privante. Feudum amittitur vel absque 30
culpa vasalli, vel ex vasalli culpa sive delicto quodam. Absque culpa vasalli certis mo- 31
dis ipso jure citra judicis privantem sententiam, amitti feudum fatentur ipsimet Dd. qui volunt, quod feudum ad certum tempus concessum, vel concessum certæ familiæ finito illo tempore, aut ea familia deficiente ipso jure amittatur. Hermannus Vultejus, *lib. 1. feud. cap. 11. num. 60.* & Heinricus à Rosenthal. *Tractat. feud. cap. 10. conclus. 41. num. 17. & num. 35.* Feudum quoq; Guardiæ & Gastaldiæ domino vo- 32

lente ipso jure amittit vasallus transacto Anno; *Tit. 2. junct. tit. 11. de pignori dato feudo, lib. 1. feud.* Heinricus â Rosenthal,
33 *dict. conclus. 41. num. 35.* Feudum quoque Soldatæ ipso jure finitur morte dantis vel accipientis, *Tit. 10. Quis dicatur Dux, §. ult.*
34 *lib. 2. fed.* Feudum etiam pro mercede datum transacto anni spacio amittitur ipso
35 jure, *Tit 2. lib. 2. feud.* Ipso quoque jure amittitur feudum inhabilitate personæ vasalli, ut si vasallus sit factus clericus, *Tit. 21. de vasallo milit. qui arm. bellic. deposuit. tit. 26. si de feudo defunct. content sit int. Domin. & agnat. vasall. §. Qui clericus, & tit. 30. de feudo fœminæ lib. 2. feud.* Schrader. *Tractat. feudal. part. 2. partis. 9. sect. 8. num. 27.* Heinricus à Rosenthal, *dict. cap. 10. conclus. 41. num. 33.*
36 Similiter ex culpa sive delicto vasalli amittitur feudum ipso jure, absque judicis privante sententia etiam judicio Docto-
37 rum, si vasallus absque consensu Domini feudum alienet; Si læsæ majestatis crimen in dominum feudi committat; Si hæreticus fiat; Si incæstum committat; Si vasallus Dux, Comes, aut communitas aliqua statutum contra libertatem Ecclesiæ condat: Si assassinii crimen admittat; Si ab Ecclesia feudum possidens vasallus Episcopum injurio-

juriosè vel temerè percusserit, cœperit, banniverit, vel hæc fieri mandârit, aut consilium ad ea perpetranda dederit; Si item vasallus intra legitimum tempus investituram non petierit. His casibus vasallum ipso jure feudum amittere post alios, quos memorat, scribit Vultejus *lib. 1. de feudis, cap. 11. num. 60.* & Heinricus à Rosenthal. *Tractat. feud. cap. 10. cap. 10. cap. 41. num. 26. & seqq. item num. 17. & seq.*

Præter hos casus proponit Schraderus plures alios, quibus vasallum ipso jure feudum amittere sentit, ut sunt, si vasallus crimen proditionis committat; Si debitum Canonem non solverit; Si Domino servitia debita non præstiterit: Si crimen vasalli sit omninò notorium; Si criminalis sententia contra vasallum lata sit; Si vasallus ipsemet feudum non possideat; Si vasallus pactum investituræ adjectum non servârit; Si vasallus uxoribus, aut filiabus subditorum stuprum vel intulerit, vel inferendum curaverit;

Si tamen inter Dominum & Vasallum 38
controversia oriatur de hisce casibus, asserente vasallo rem ita se non habere, ut Dominus prætendit, contentio illa in judicium rejicienda est, Rosenthal. *dict. cap. 10. conclus. 41. n. 41. vers. Sed tamen.*

Quoniam verò Doctores juris feudorum Interpretes existimant, præter hosce jam memoratos casus nulla alia ex causa ipso jure feudum amitti; sed judicis privante sententia ad ejus amissionem opus esse, dispiciendum nobis est, an hæc communis Interpretum opinio feudorum juri consona sit, necné.
39 Adducunt textum *in tit. 21. in princ. de feudo sine culp. non amittendo. lib. 1. feudorum, ubi Imp.* sancimus, *ait*, ut nemo miles sine cognitâ culpâ feudum suum amittat. Hinc quidem rectè concludunt, quod de culpa, ob quam Dominus Vasallum feudo vult privatum, judex cognoscere debeat, si ejus culpæ reum se esse Vasallus neget, at non rectè ex eo infertur, quod non ex ipsa legitima culpa jure privetur Vasallus feudo suo, sed judicis sententia privante ad feudi amissionem opus sit, Controversia inter Dominum & Vasallum orta de feudi amissione ob commissam culpam, si alius alii ultrò cedere nolit, æquum est, ut controversia illa in feudali judicio ordine judiciali tractetur, & tùm ex facto, tùm ex feudali jure cognoscatur, an sit culpa commissa, & quidem an ea culpa sit justa ac legitima, necné. Quòd si

ſi conſtat ex diſceptatione judiciali adeſſe culpam, & quidem ejuſmodi culpam, quæ ex feudali jure juſta & legitima judicetur, ut ſi ex illis ſit culpis, ob quas Vaſallus jure feudorum privatur feudo, judex pronunciat, quod Vaſallus reus feudo ſit indignus, idque Domino reſtituere teneatur, daß der beclagte Lehenmann / das Lehen verwürckt/ vnd dem clagenden Lehenherꝛn daſſelbe abzutretten ſchuldig ſeye: Id quod ſentit etiam Sonsbeckius *in comment. in uſus feudor. part. 13. num. 74.* ubi debet, *ait*, judicialiter in his procedi, & debet legitimè Dominus probare, Vaſallum culpam commiſiſſe, quare ei feudum aufferri debeat. Judicis partes 40
non in eo verſantur, ut aliquem ſuo jure privet, ſed ut quod legibus & conſtitutionibus aut moribus proditum eſt, ſua ſententia ſequatur, §. 1. *Inſtit. de offic. judic. Auth. Iubemus. C. de judiciis. & C. In iſtis. diſtinct. 4.*

Quando ergò ipſum feudale jus aliqua ex cauſa Vaſallum feudo privat, judex etiam ſua ſententia eidem juri ſervire, & ſecundum illud ſententiam ferre jubetur. Cognoſcere ergò primum ex ipſa judicis diſceptatione tenetur judex, an cauſa, de

quâ agitur, feudorum jure causis amittendi feudum connumeretur, eaque à Domino feudi sit probata: Quòd si ita esse animadvertat, non ipse Vasallum feudo privatum ostendit, cum judicat, daß er das Lehen verwürckt/ vnd dem Lehenherrn dasselbig abzutretten schuldig. Arg. *C. Cùm secundum. 19. vers. Bona haereticorum, tit. de haeretic. in 6.*

Et hoc ipsum est, quod quidam volunt,
41 declaratoriam judicis sententiam desiderari, licet ipso jure Vasallus feudum amiserit, Zas. *de feud. part. 10. num. 72. & seq.* Molin. *consil. 3. num. 6.* Julius Clarus. *§. Feudum, quaest. 49. num. 6.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 48. num. 10.* Johan. Borcholt. *in comment. in consuetud. feudor. cap. 8. num. 157.* Duar. *de feud. cap. 15. num. 5. vers. At mihi probatur.* Wesenb. *de feud. cap. 15. num. 9.*

Nituntur quoque Dd. pro sua contraria
42 sententia, *text. in tit. 27. de pace tenenda & ejus violatoribus. §. Publici latrones. vers. Quicunq; advocatiam, libr. 2. feud. Vbi Fridericus Imp.* Quicunque, *ait*, advocatiam suam, vel aliquod aliud beneficium inornat è tractaverit, & à Domino suo admonitus non resipuerit, & in sua perdurans insolentia Ordine Judiciario tàm advocatia,

quàm

quàm beneficio exutus fuerit: At hæc Imperatoris verba, non ita sunt capienda, quasi jam primum ipsa judiciali sententia exuatur Vasallus beneficio suo, sed quia ordine judiciario cognitum & deprehensum fuit, quòd causa, ob quam Dominus revocare intendit beneficium, probata sit, proindeq; judicatum, quod beneficio indignus sit Vasallus, quodq; per sententiæ illius executionem beneficium ipsi ademptum fuerit.

Ordo enim judiciarius requirit, ut primùm de controversia judicialis processus fiat legitimus, & sententia in reum feratur, ac posteà sententiæ illius executio fiat, *l. 1. l. 2. l. 3. l. pen. l. ult. C. de execut. rei judic.* Et hoc ipsum est, quod Imp. Fridericus *in dict. tit. 27 §. Quicunq; lib. 2. feud.* exigit, ut Vasallus ordine judiciario exuatur beneficio suo, EXUTUS, ait, BENEFICIO SUO, quæ verba de sententiæ in Vasallum latæ executione intelligenda sunt, non de ipsa judicis sententia, quasi per eam Vasallus feudo privandus sit, idque indicant Imperatoris subjecta verba hæc: Si post modum ausu temerario advocatiam vel beneficium invaserit, pro viola- 43

tore habeatur. *Si ait*, Postmodùm, *hoc est*, post factam sententiæ executionem, qua Vasallus beneficio fuit exutus, denuò invaserit illud, pro pacis violatore habeatur. Et quod Vasallus ipso jure ex culpa quâdam feudo privetur, sed quoad executionem, quâ ei possessio feudi auferatur, sententia judicis necessaria sit, docet quoque Bald. *in dict. tit. 21. de feudo sine culpa non amittendo, libr. 1.* Adhæc juris feudorum Interpretes pleriq; suæ opinioni fundamentum ponunt in textibus juris feudorum de amissione feudi per verba futuri temporis loquentibus, puta multabitur, damnetur, carebit, privabitur, *Tit. 5. quib. mod. feud. amitt. §. Aut si libellario, tit. 22. quo tempore miles investit. petere debeat. in fin. principii. lib. 1. feudor. tit. 24 qua fuit prima caus. benefic. amittend. in fin. prin. tit. 57. Quot testes sint necessarii, lib. 2. feud.* Verùm, ut & suprà ostendi, ideò textus illi feudales concepti sunt verbis futuri temporis, ut de facto pœnali, sic & de ipsa pœna puta feudi amissione, quia
44 de futuris casibus agunt, de quibus etiam leges proponi debent, *dict. l. leges. 7. C. de legibus.* Non ergò exaudiendi sunt hoc sensu,

ſu, quaſi per eos judici mandetur, ut ipſe Vaſallum multet & privet feudo, ſed ſi tale quid factum fuerit, Vaſallus ipſa lege feudali, atque ita ipſo jure cadat feudo.

Juvare etiam videtur priorem Dd. communem opinionem textus *in tit. 26. Si de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum & agnatos vaſalli. §. Vaſallus ſi feudum, lib. 2. feud.* 45 Ubi Juriſconſultus Feudiſta docet, ſi Vaſallus convictus ſit de ſua inficiatione feudi nefaria, exſpoliari debeat ipſo feudo; quod certè intelligendum eſt de exſpoliatione, quæ per judicem fieri debeat: quippe cùm coram judice probationibus de ſua culpa & ſcelere convincatur Vaſallus. Atqui text⁹ ille in verbo exſpoliabitur, accipiendus eſt non de ea judicis ſententia, quâ ipſe privet Vaſallum feudo, ſed de executione ſententiæ, quâ judex pronunciavit, Vaſallum feudo indignum eſſe, & proptereà illud Domino reſtituere teneatur, cum ipſa lege & jure feudali amiſerit feudum.

Tertia opinio de propoſita quæſtione 46 illorum eſt, qui tradunt, quod Vaſallus ob commiſſam culpam ipſo quidem jure feudum amittat, quoad utile ſuum dominium, ſed quoad poſſeſſionem rei feudalis aufe-

rendam, requiratur processus & sententia privationis declaratoria: ita sentit Matth. de Afflictis, *in dict. tit. 21. de feudo sine culpa non amittendo, num. 3. & in dict. tit. 22. Quo tempore miles, §. ult. num. 4. vers. Si enim, lib. 1. feud.* Matth. de Afflict. *sequitur* Andr. Gail. *lib. 2. practic. observat. observation. 51. num. 1. & lib. 2. de pace publ. cap. 3. num. 10.* Verba Matth. de Afflictis loco priori hæc sunt; Licet propter culpam commissam in faciendo feudum amittatur ipso jure quoad dominium, tamen quoad auferendam possessionem requiritur processus & sententia declaratoria privationis feudi; & ibidem sententiam illam vocat executoriam sententiam, iisdem verbis sententiam eandem profert Andr. Gail. *dictis locis.* Licet, *ait,* Vasallus propter commissam culpam in faciendo amittat feudum ipso jure, quoad dominium, tamen quoad auferendam possessionem requiritur processus & sententia declaratoria privationis feudi. Sentit idem Schurpff. *consil. 66. num. 19. cent. 1.* Atque hæc tertia opinio, eadem ferè est,

cum

cum ea, quâ volumus, quod Vasallus ipso jure ex causis amittendi feudum, suo cadat feudo. Feudum enim est ipsum utile dominium in re feudali, cùm sit usufructus. 47
tit. 23. in quib. caus. feudum amittatur. §. *ult. lib. 2. feud.* Ideò autem ad rei feudalis possessionem auferendam, judicis requiritur sententia, quia possessio non amittitur ipso 48
jure, ut dominium, sed corporali apprehensione rei ad eam amittendam opus est: *l. Quemadmodum 8. ff. de acquir. vel amitt. possess. & l. Ferè. 153. ff. de regul. jur.* Unde invito per judicem sive magistratum auferenda 49
est. *l. Qui universitas. 30.* §. *Item cùm Prator. 2. ff. de adquir. vel amitt. possess.*

Non est hoc loco ignorandum, quod in- 50
terdum non ipso jure amittitur feudum, ex prætensa aliqua causa amittendi feudum, sed ad illud amittendum requiritur judicis sententia, ut quando causa amittendi feudum, non est feudorum legibus nominatim expressa sed arbitrio prudentis judicis commissa, ut adparet *ex tit. 24. Quæ fuit prima causa amittendi feudum.* §. *item qui Dominum. versic. Sed quia natura, lib. 2. feudor.* Ubi Jurisconsultus Feudista. Quia, *inquit*, natura novas deproperat edere

re formas, poteſt multis modis contingere, ut aliæ emergant cauſæ, quibus videatur juſtè adimi poſſe feudum: Ideoque Judex ſolers diſcretus & æquitate obſecundare ſolicitus cuncta ſubtiliter diſpenſans provideat, ſi quâ fuerit, antiquioribus cauſis ſimilis ſeu major: ut proindè ſciat, utrùm beneficium ſit amittendum, an nihilominùs retinendum. Quâ ex Diſpoſitione intelligitur, quod quandò jure feudorum non eſt definita & expreſſa nominatim amittendi feudi cauſa, haud rectè dicatur, quod ipſo jure ex cauſa illa feudum ſit amiſſum, cum cauſa illa non ſit jure feudali expreſſa, ſed judicis arbitrio relicta.

QUÆSTIONIS SECUNDÆ.

An Dominus Feudum ipso jure amissum authoritate propriâ possessionem rei feudalis occupare possit, necné?

SUMMARIA.

1. Affirmativa sententia proponitur.
2. Ampliatur primò.
3. Secundò ampliatur.
4. Conclusionis hujus affirmativæ Ratio prima.
5. Altera Ratio.
6. Contrariam negativam sententiam Autor approbat.
7. Ratio ejus primà adducitur.
8. Secunda Ratio.
9. Tertia Ratio.
10. Quarta Ratio.
11. Quinta Ratio.
12. Sexta Ratio.
13. Septima Ratio.
14. Si quis ante adventum judicialis arbitrii ausus fuerit invadere rem etiam suam, non modò possessionem ablatam tenetur restituere, sed etiam Dominium ejusdem amittit.
15. Vltima Ratio.

16. Ad

16. Ad Contrariorum Argumentum primum, *num.* 4. relatum respondetur.

17. Duo eandem rem in solidum possidere possunt, unus corpore & naturaliter, alter animo & civiliter, unus justè, alter injustè.

18. Vasallus rem feudalem naturaliter possidet.

19. Civilis possessio ea est, quæ animum possessoris imbuit Domini opinione & cogitatione.

20. Animo solo retineri potest possessio.

21. Quandò quis de possessione sua decessit.

22. Tamdiù quis animo retinet possessionem etiam ab alio occupatam, quamdiù ignorat ipse Dominus ab alio eam esse occupatam.

23. Alterum Contrariorum Argumentum, *num.* 5. diluitur.

24. Rei feudalis possessio naturalis, quæ penes Vasallum est, feudo ipso jure, aliqua ex causa justa, amisso, non redit ad Dominum, per se & ipso jure, sed apprehensione ad regressum opus habet.

25. Possessio est res facti non juris.

26. Habet possessio etiam plurimùm juris & possessio non tantùm corporis est, sed & juris.

27. Possessio sumit initium à facto, à corpore, & à naturali apprehensione.

28. Dominium cum possessione nihil habet commune & à Dominio ad possessionem argui non potest.

29. *Quæritur* quâ actione Dominus possit revocare possessionem à Vasallo.

30. Duplex proposita est actio, una personalis, Condictio scilicet causa data, causa non secuta.

31. Altera actio est rei vindicatio.

32. Donatum sub modo & causa, causa illa cessan-

cessante, non modò condici, sed & vindicare potest.

33. Objectio. Nemo rem suam condicere potest.

34. Refutatur.

35. Non sicut una res ex pluribus causis nobis deberi potest, ita etiam ex pluribus causis idem possit nostrum esse.

36. Vasallus si feudum alienaverit absque Domini consensu, & hâc ex causâ amiserit Feudum potest Dominus adversus possessorem in quem alienatum est Feudum rei vindicatione ad repetendam rem feudalem agere.

37. Tueri an possit se possessor præscriptione perquiritur?

38. Nullius temporis præscriptio obstat Domino vindicanti rem feudalem ab ejus possessore.

QUÆSTIONI HAactenùs explicatę proxima est illa, An Dominus feudum ipso jure amissum autoritate propria possessionem rei feudalis occupare & ex ea Vasallum expellere possit? De hac Quæstione similiter contrariæ extant Dd. sententiæ: Una est illorum, qui affirmant, quod Dominus autoritate propriâ possessionem feudi ingredi, eamque adprehendere, & ex ea Vasallum ejicere queat. Ita sentiunt, quos citant Schrader. *Tract. feudal. part. 2. part. 9. principali. sect. 9. num. 18. vers. septi-*

ſeptimo. Idem expreſsè volunt, & Heinricus à Roſenthal. *Tractat. feudal. cap. 10. concluſ. 41. in additionib. ſub lit. gg.*

Hujus aſſertionis ampliatio adducitur
2 hæc, quod integrum ſit Domino feudum jure amiſſum auferre Vaſallo etiam non exſpectata judicis declaratoria ſententia. Hanc ampliationem probant Dd. quos citat Schrad. *Tractat. feudal. part. 2. partis 9. principalis. ſect. 8. num. 47. verſ. Secundò in privatione feudi, & ſect. 9. verſ. Idem expreſsè.*

Adfertur & hæc ampliatio, quod pro-
3 nunciatum illud de expellendo Vaſallo autoritate propria, quamvis ille verbis aut facto reſiſtat Domino: quam opinionem probat Zaſ. *conſil. 10. num. 26. 27. & 28 tum etiam conſil. 11. num 13. & 14. lib. 1.* Eumque ſecutus Johannes Schoner. *diſput. feudal. 11. th. 35. lib. 1.*

Hujus concluſionis & utriuſque illius ampliationis adferri ſolent rationes non-
4 nullæ, quarum una eſt hæc, quod Dominus feudi civilem feudalis rei poſſeſſionem retinuerit, & virtute poſſeſſionis illius civilis poſſit ingredi naturalem poſſeſſionem, quæ penes Vaſallum eſt, & ex ea expellere Vaſallum, ſi ille verbis aut facto reſiſtat, per tradita Bart. *in l. 1. §. Interdictum. ff. uti*

ff. uti possidetis, Baldi & Saliceti, *in l. 1. C. unde vi*, & aliorum *in l. clàm possidere. §. ad nundinas. ff. de adquir. vel amitt. possess.* Et tradit Schrader. *Tract. feudali. part. 2. partis 9. principalis, sect. 9 num. 18. vers. Et licet aliqui Doctores.* Consuluit quoque eandem in sententiam hisce nostris in terminis Zasius. *dict. consil. 11. num. 14.*

Altera Ratio, qua moventur hæc est, 5
quòd aliqua ex causa amisso feudo, Dominus non modò civiliter, sed & naturaliter possideat rem feudalem, eò quòd utile Vasalli dominium cum directo jure Domini sit consolidatum: Ita sentit post alios Molinæus, *in consuetud. Paris. tit. 1. §. 30. num. 137. & num. 174.* ubi scribit, quod possessio naturalis feudi tempore finito exspiret, & à civili attrahatur.

Cæterùm negans opinio, quod scilicet
domin⁹ feudo, ex aliquâ justâ causâ amisso, 6
propriâ authoritate rem feudalem occupare, & Vasallum ex ea expellere non possit, feudorum placitis propior videri debet.
Tùm quia licet pignus jure solutum sit, de- 7
bitor tamen propriâ authoritate rem pignoratam invadere; & ex ea creditorem ejicere non potest, sed judicialis authoritas hîc desideratur, *per l. Pignoris causa 11. ibi,*

 actio-

Pigneratitiæ actionis. item ibi, actionem, ubi gloss. C. de pigneratit. action. l ult. ubi actione propositâ jure eum urgeri ad reddenda ea, quæ pignori acceperat, C. de luitione pignoris. Quò accedit glossæ authoritas *in cap. licet Episcopus. 38. in verb.* vocato, *tit. de præbend. lib. 6. ubi scribit,* quod usufructuarius finito usufructu expelli non possit ex possessione fructuaria, sed agendum sit negatoria actione, aut ex præstita cautione de restituenda re usufructuaria usufructu finito: Tùm quia licet soluto ma-
8 trimonio dos redeat ad uxorem ipso jure, propriâ tamen authoritate uxor maritum, aut hæredes ipsius ex possessione rei dotalis dejicere non potest, textus est *in l. Dotis actione, 9. C. Soluto matrimonio quemadmodum*
9 *dos pet.* Tùm quia nemo sibiipsi jus dicere debet, *l. 1. C. Ne quis in causa sua judicet, vel jus dicat.* Tùm etiam quia quandò Dominus
10 prætendit, feudum esse novum, proindeq; non extantibus ex defuncto Vasallo masculis, ipso jure finitum esse feudum, agnati verò asserant paternum esse feudum, non licet Domino propriâ autoritate feudi possessione expellere agnatos, *Tit. 26. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnatos,*

tes, in princ. lib. 2. feud. Tùm quia mortuo Vasallo non licet Domino ejus filiam eji- 11
cere confestim feudo relicto, sed juris authoritate ipsam expellere jubetur, per textum, *in dict. tit. 26. §. Inter filiam, vers. defuncto milite, libr. eod. feudor.* Tùm quia non est singulis concedendum, quod per 12
Magistratum publicè fieri potest, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, ut inquit Jurisconsultus Paulus *in l. Non est singulis. 176. ff. de reg. jur.* Quò pertinet etiam textus, *in l. Si cujus 13. §. Æquissimum esse, ff. de usufructu.* Ubi Jurisconsultus Ulpianus Juliani referens sententiam: Cur, *inquit*, ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest Jurisdictione sua componere. Tùm etiam, quia jure vis quoque illa seriò prohibita est, quâ quis propriâ authoritate non per judicem, 13
quod suum esse, aut sibi deberi putat, reposcit. *l. Extat. 13. ff. Quod metus causa.* Quin etiam, si quis ante adventum judicialis ar- 14
bitrii ausus fuerit invadere rem etiam suam, non modò possessionem ablatam restituere tenetur, sed & dominium ejusdem rei amittit, *l. Si quis in tantam. 7. C. unde vi.* Tùm postremò, quia expressè cautum
C 2 legi-

legimus in feudorum jure, quod nemo
15 Vasallus feudo ejici debeat, nisi cognita & convictâ culpa, quæ sit laudanda per judicium parium Curiæ, *Tit. 21. de feudo sine culp. non amitt. in princ. & tit. seq. Quo tempore miles. §. ult. lib. 1. feud.* Pertinet eodem textus elegans, *in tit. 22. de milite Vasallo, qui contumax est, lib. 2. feudor.* Ubi disertè traditur, quod licet Vasallus in culpam inciderit, per quam feudum amittere debeat, Dominus tamen ipsum ad Curiæ judicium vocare debeat, non propriâ autoritate possessionem feudi occupare. His rationibus adjungi quoque potest, quæ scribit Heinricus à Rosenthal. *Tractat. feud. cap. 10. conclus. 41. num 39. & aliquot seqq.*

Hanc variis certisque Argumentorum ponderibus firmatam conclusionem non imminuit contrariæ opinionis ratio prima,
16 quæ hæc est, quod Dominus virtute possessionis suæ civilis, quam semper retinuerit, naturalem Vasalli possessionem feudo jure amisso, authoritate propriâ ingredi possit, eaque Vasallum expellere. Negandum quippè Vasallo naturaliter possidente rem feudalem, Dominum rem eandem possidere civiliter. Illud quidem negari non potest, quod aliqui ex Jurisconsultis cen-

censuerint, duos eandem rem possidere posse, unum corpore & naturaliter, alterum animo & civiliter, *l. Et habet.* 15. §. *Eum qui precariò. ff. de precario*, unum justè, alterum injustè. *l. 3. in princ. ff. uti possid.* Prævaluit tamen Proculi & Proculianorum sententia existimantium, quod duo eandem 17
rem in solidum possidere non possint, unus corpore & naturaliter, alter animo & civiliter, unus justè, alter injustè. *d. l. 3. §. Ex contrario, 5. ff. de adquir vel amitt. possession. l. Si ut certò, 5. §. ult. ff. Commodati, & l. Si duo, 19. in princ. ff. de precario. c. licet causam. 9. vers. Ex præmissis extr. de probat.* Cujac. *lib. 9. observ. cap. 32.* & Johan. Borcholt. *in comment. ad tit. ff. de adquir. vel amitt. poss. cap. 6. num. 18. & seqq.* Quocircà haud rectè dicitur, Dominum feudi possidere feudalem rem civiliter, Vasallus verò naturaliter.
18 Possidet Vasallus rem feudalem naturaliter, *tit. 2. §. 1. tit. 3. tit. 10. de content. int. domin. & fidel. & tit. 13. de alienat. feud. libr. 1. feudor. & tit. 3. de investit. de re alien. fact. §. ult. lib. 2. feudor.* Naturaliter, inquam, possidet non civiliter, quia non possidet animo & cogitatione Domini, cùm sciat alium esse Dominum: Ea enim tantùm est civilis possessio, quæ animum possessoris imbuit Do- 19

mini opinione & cogitatione, ut cùm quis
ex justa adquirendi dominii causa, sive ti-
tulo rem possidet, *l. Si servus. 22. §. 1. ibi, non
tamen opinione Domini. ff. de noxalibus actionib.
l. Quacunq. 13. §. 1. ibi, ut credat se dominum
esse. ff. de publ. in rem act. l. pen. §. Cùm igitur,
ibi, Possessor Domini cogitatione, Cod. de furtis.*
Cùm ergò Vasallus possideat rem feuda-
lem, haud verè & rectè dicitur, quod Do-
minus virtute possessionis civilis ingredi
authoritate propriâ possit rem feudalem,
& ex ea ejicere Vasallum. Non enim, ut
dixi, Dominus rem feudalem possidet, &
ne quidem civiliter, sed solus possidet eam
20 Vasallus. Animo quidem solo retineri po-
test possessio, *l. licet possessio. 4. C. de adquir.
vel retinend. possess. d. l. 3. §. saltus. 11. l. Qui uni-
versas. 30. §. Quod per colonum. 5. & l. Quam-
21 vis 46. in fin. ff. d. t.* At quandò quis de pos-
sessione suâ decessit, eamque alii dimisit,
ampliùs ipse non possidet, ne quidem civi-
liter, ut disertè ostendunt textus, *in d. l. 3.
§. Si quis nunciet. 8. l. Clàm possidere. 6. §. ult.
l. Si id quod. 25. §. Quod autem. 2. l. Peregrè. 44.
in princ. ibi, jus possessionis non videri perem-
ptum, quam alius non invasit. ff. d. t.* Tamdiù
22 autem retinet quis animo possessionem
etiam ab alio occupatam, quamdiù ignorat
ipse

ipse Dominus ab alio eam occupatam esse, *l. Quam-is. 46. ff. de adquirend. vel amittend. possess.* Alteram quod attinet opinionis af- 23
firmantis rationem, perspicitur & illa juris authoritati manifestè contraria. Rei enim feudalis possessio naturalis, quæ penes Va- 24
sallum est, feudo ipso jure aliqua ex causa justa amisso, non redit ad Dominum per se & ipso jure, sed adprehensione ad regressum illius opus est, per textus *in l. 3. §. 1. & §. Neratius 3. l. Quidam. 8. l. Qui universas. 30. §. quod per colonum. l. Qui jure familiaritatis. 41. ff. de adquir. vel amitt. poss. d. l. licet. 4. Cod. de adquirend. vel retinend. poss.* Quibus ex locis intelligitur, quod jure communi possessio non adquiratur aut recuperetur solo animo, sed ad ejus adquisitionem & recuperationem desideretur quoque corpus, hoc est rei adprehensio & occupatio: Quæ sententiæ etiam in feudis vim obtinet suam, cùm feudorum jure aliud dispositum non reperiatur, *Tit. 1. vers. Strenuus autem, lib. 2. feudor.* Non ergò verum existimari potest, quod volunt Dd. feudo ipso jure amisso, amitti quoque simùl possessionem Vasalli naturalem, eamque per civilem Domini possessionem vi illius attrahi: Maximè cùm possessio res facti sit, non juris, *l. 1. §.* 25

Furiosus. 3. in fin. ibi, eam enim facti non juris esse. l. Possessionem. 29. vers. Quod est enim facti. ff. de adquir. vel amitt. possess. & l. Demq. 19. ff. Ex quibus causis major. Habet quidem pos-
26 sessio etiam plurimùm juris, & possessio non tantùm corporis est, sed & juris, *l. possessio. 49. in princ. & §. 1. de adquir. vel amitt. poss.* Verùm magis est corporis, quam juris possessio rerum, de quâ agimus, ut indicat,
27 *l. 3. §. 1. ff. de bonor. poss* Sumit enim initium à facto, à corpore, à naturali adprehensione, *l. 1. in princ. & §. 1. ff. de adquirend. vel amittend. possess.* Unde etiam detentatio vocatur, *l. Ab hostibus 15. §. ult. ibi Possessoris detentatio. ff. Ex quibus causis major. l. Quod dicitur. 5. in princ. ibi, in rerum detentatione, ff. de impensis in res dotales factis* Nec munitur hæc altera Dd. ratio, hoc ipso, quod amisso feudo utile dominium Vasalli consolidatur cum directo Senioris Dominio; quippè
28 cùm dominium cum possessione nihil commune habeat, & à dominio ad possessionem argui non possit, *l. Naturaliter. 12. §. 1. ff. de adquir. vel amitt. possess.*

Cùm ut hactenùs ostensum est Dominus feudi propriâ authoritate ex feudi ipso jure amissi, possessione, expellere non possit Vasallum, sed adversus ipsum actione ali-

aliquâ competente experiri, ad reddendam rem feudalem debeat;

29 Commodè quæri hîc ulteriùs potest, quânam actione Dominus revocare eam possessionem à Vasallo queat? Duplex au- 30 tem hîc proposita est Domino actio ad repetendam feudi possessionem, si feudum Vasallus ob culpam suam amiserit, una personalis est. condictio scilicet causa data, causa nõ secuta, *per text. in dict. tit. 21, De feudo sine culpa non amittendo, in princ. lib. 1. feudor.* Cum enim suo modo & causa Dominus Vasallo feudum concesserit, ut scilicet servitia feudalia, & fidelitatem ei præstet, *Tit. 6. de forma fidelit. & tit. seq. de nov. form. fidelit. & tit. 23. in quib. caus. feud. amittat. in fin. lib. 2. feudor.* Ea causa cessante, condici potest res in feudum concessa, *l. 1. Cod. de donationibus, quæ sub modo. & l. Ea lege. 3. Cod. de condict. ob causam dator.* Altera actio est rei vindicatio, 31 cùm enim Dominus feudi retinuerit sibi dominium rei feudalis, *dict. tit. 23. §. ult. lib. 2. feudor.* & Vasallus jure ipso ob legitimam causam feudum amiserit, ut suprà docui, consequitur indè, quòd possessionem rei feudalis à Vasallo Dominus vindicare possit, *per l. In rem. 23. in princ. & l. Non ideò. 66. ibi, quid nostrum esse vindicabimus. ff. de rei vindicat,*

dicat. l. Actionum. 25. in princ. ibi, per quam rem nostram, ff. de obligat. & act. Sic quandò
32 sub modo & causa quid donatum est alicui, causa illa cessante, non modò condici, sed & vindicari ea res potest, *d. l. 1. C. de donationib. quæ sub modo*, & sentit ita post Jacobum de Belviso, & Baldum. Francisc. Sonsbeck. *in comment. in usus feudor. part. 13. num. 75.*

33 Nec obstat, quod nemo rem suam condicere potest, *§. Sic itaq; discretis, 14. Instit.*
34 *de act.* Id enim verum est, nisi quis reum etiam obligatum habeat, de eâdem re suâ, ut arguit textus, *in dict. l. 1. Cod. de donat. quæ sub modo, & § Nostra autem constitutio, Instit. de legat.* Donell. *quoq; ad l. certi. 9. §. competit hæc actio. ff. de rebus creditis.* & Cujac. *in comment. in libr. 12. quæst. Papiniani. pag. 331.* scribunt, quod quis possit rem suam condicere, si non condicat, ut suam, puta, si non intendat, adversarium eam dare oportere: Dare enim est Dominium transferre, sed quod actoris jam est aliqua ex causa, id ei ampliùs dari non potest, *dict. §. Sic ita discretis, 14. Instit. de action.* Cùm non
35 ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse, *l. Non ut ex pluribus. 159. ff. de reg. jur.*

jur. Quòd si feudum alienaverit Vasallus 36
absque Domini consensu, & hâc ex causa amiserit feudum, potest Dominus adversus possessorem, in quem alienatum est feudum, rei vindicatione ad repetendam rem feudalem agere, cùm enim ut dixi, Dominus retinuerit semper proprietatem rei feudalis, *dict. tit. 23. in fin. & tit. 8. de investit. de alien. facta lib. 2. feud.* Potest eam repetere à quovis possessore, *d. l. Actionum. 25. in princ. ff. de obligat. & act. l. ult. ff. de rei vind. & l. un. C. de alienat. judic. mutandi causa facta.*

Quòd si quæratur, an possessor tueri se 37
possit adversus Dominum vindicantem rem feudalem præscriptione? respondendum est *ex tit. 40. de capitulis Corradi, §. Præterea ut liceat, & tit. 55. de probib. feudi alienat. per Frid. §. Nos autem, lib. 2. feudor.* Ubi cautum, quod nullius temporis præscri- 38
ptio obstet Domino vindicanti rem feudalem ab ejus possessore, ut etiam exposui in Tractatu meo de *præscript. feudi, cap. 2. num. 99. & seqq.* Non desunt quidem textus juris feudorum, qui enunciato huic obloqui videntur, sed de sensu ipsorum egi *cap. eodem, dicti mei Tractat. n. 106. & seqq.*

QUÆ-

QUÆSTIONIS TERTIÆ.

Ad quem pertineat Feudum delicto Vasalli amissum, an ad ipsum Dominum, an verò ad agnatos Vasalli?

SUMMARIA.

1. MVltos hæc Quæstio nodos habet.
2. Quæstio proponitur prima: An patris culpa amissum Feudum filii capere possint?
3. Affirmativa sententia non caret Rationibus.
4. Feudum ex prima investitura, quâ Feudum originaliter acquisitum fuit, pertinet non modò ad primum acquirentem, sed etiam ad filios, & omnem ejus posteritatem masculam.
5. Nemini jus suum sine facto ejus proprio auferri debet.
6. Parens non potest auferre filiis suis jus, quod ipsorum est proprium.
7. Contrariam & negativam sententiam approbat author.
8. Probatur per text. *tit.26. §. si Vasallus culpam & tit. 31. lib. 2. Feud.*
9. Cur patris delictum hic filiis noceat Ratio investigatur, primaque adducitur.

10. Sed

10. Sed reprobatur.
11. Alia Ratio proponitur.
12. Quæ itidem rejicitur.
13. Tertia Ratio affertur.
14. Respuitur & illa.
15. Sæpè solet similis filjus esse patri.
16. Ea est natura contingentium ut in futuris nequaquam certitudo ex illis extrui possit.
17. Quarta Ratio recensetur.
18. At ægrè admittitur.
19. Mortuo patre filii ipsius investiuntur de Feudo investitura veteri.
20. Filii succedendo in Feudum retinere illud non acquirere dicuntur.
21. Vera Ratio demonstratur.
22. Vasallus si Domino fidelitatem non præstat ingratus dicitur, & ob ingratitudinem illam indignus Feudo judicatur.
23. Quod sub conditione datum est, sub contraria conditione revocatum censetur.
24. Feudi donatio est modalis donatio, quæ revocatur statim non sequente modo.
25. *Quæstio secunda* examinatur, an delictum patris noceat filiis tantum in Feudo novo, an verò etiam in Feudo paterno?
26. De Feudo novo asserentes qui.
27. Sed refutantur.
28. Feudum in quo agnati succedere solent Feudum paternum vetus est.
29. Bartoli distinctio proponitur.
30. Sed annihilatur.
31. Placita Feudorum non agnoscunt distinctionem inter Feudum hæreditarium & Feudum ex pacto & providentia.
32. Rosenthali sententia refertur.
33. Sed non probatur,

34. Hære-

34. Hæredis appellatio in feudi concessione non efficit feudum hæreditarium, cum hæredis voce in libris Feudorum denotetur Filius Vasalli, non hæres allodialis.

35. Feudum (quod ex pacto & providentia vocant) ob patris culpam filiis Vasalli aufertur.

36. Hartmanni Pistoris arbitrium producitur.

37. Quod & authori probandum videtur.

38. Pater si suo delicto se fecit indignum feudo, filii ipsius sibi illud vindicare nequeunt.

39. Feudum tunc pertinet ad agnatos, quando delictum non in Dominum, sed aliquem alium est commissum.

40. Molinæi error proponitur.

41. Filii ob Vasalli delictum commune arcentur etiam à Feudo hæreditario.

42. Contrarium probat Rosenthal.

43. Argumentum ejus Primum.

44. Sed solidè reprobatur.

45. Feudo amisso per Vasalli delictum, Dominus filiis gratiam facere & ipsis Feudum relinquere potest.

46. *Quæritur*, an Dominus hanc gratiam facere possit filiis in eo casu, quo non in Dominum, sed in alium deliquit Vasallus?

47. Negativa probatur.

48. Dominus Feudum ipsis agnatis quæsitum auferre, & Vasalli filiis concedere non potest.

49. Nonnulli sunt casus, quibus Feudum ob patris culpam amissum, filiis ipsius non admitur.

50. Primus casus.

51. Delictum patris nihil nocet filio innocenti.

52. Parte

52. Parte tantùm Feudi alienata, ea solùm pars amittitur non totum Feudum.

53. Proportionis Ratio habenda est.

54. Alter casus.

55. Tertius casus.

56. Æquè principaliter censetur filio Feudum datum, si in ipsa investitura filii nomen proprium sit expressum.

57. Pater pro se & filiis suis contrahens, priùs sibi & post mortem suam filiis contrahendo acquirit.

58. Quartus casus.

59. Quintus casus.

60. Merita quia in facto versantur, non præsumuntur, sed probanda sunt.

61. Secùs si Dominus in investitura meritorum filii meminerit, non opus est tunc alia probatione.

62. Feudum patri concessum intelligitur quoq; contemplatione filii principaliter datum, si dictum sit tibi & Generi tuo feudum concedo, vel pro te & filiis tuis, de uno ad alium, &c. Quo casu non adimi Feudum filiis ex culpa patris nonnulli censent.

63. Alius casus proponitur.

64. Ob patris delictum in Dominum commissum omnes ejus successores Feudo privantur.

65. Ob patris delictum filius non amittit Feudum, si ea consuetudo loci est aut curiæ, ne ob patris culpam filii ipsius à Feudo arceantur.

66. *Investigatur*, quid de Vasalli agnatis dicendum, an & illis, ob Vasalli agnati culpam amissum Feudum, auferatur?

67. Distinguit author.

68. Distinctio probatur.

69. Si Vasallus ob culpam in Dominum commissam Feudo privatur feudum illud ad Dominum pertinet non ad agnatos.

70. Alia hujus Quæstionis opinio annotatur.

71. Heinrici à Rosenthal. Distinctio refertur.

72. Vtriusque opinionis rationes adducuntur.

73. Vasallus non potest Feudum paternum vetus alienare, nisi consentientibus agnatis.

74. Argumentum à contractibus ad delicta probabile & frequens est.

75. Refutatur ratio num. 72. allata.

76. & 81. Declaratur *text in tit.24. §. alt: lib.2. Feud.*

77. Quoties in libris Feudorum mentio fit paterni Feudi, significatur non novum, sed vetus Feudum.

78. Feudum novum ad agnatos non pertinet.

79. Omnis juris Dispositio exaudienda est de causa dubitabili.

80. Refutatur Andr. de Isernia & explicatur, *tit. 37. §. cùm autem. lib. 2. Feud.*

82. Altera Ratio Contrariorum.

83. Ad quam respondetur.

84. A textu expresso & rationabili nostrum non est recedere.

85. Tertia Ratio proponitur.

86. Sed refellitur.

87. Quarta Ratio.

88. Cui satisfit, cùm explicatione text. *tit.24. §. deniq. & tit. 31. lib. 2. Feud.*

89. Textus generales restrictionem admittunt ex aliis textibus inter casus distinguentibus, ne textuum correctio inducatur.

90. Heinricus à Rosenthal. refutatur.

Ter-

TERTIA QUÆSTIO, ad quem scilicet pertineat feudum 1
delicto Vasalli amissum, similiter nodos habet varios, quos tamen diligens & accurata declaratio ex ipsis feudorum placitis petita penitùs tollere potest.

Videbimus autem primùm, an patris culpâ amissum feudum filii capere possint? 2
Non desunt rationes, quæ suadere videntur nihil obesse filiis, quo minùs feudum illud adplicare sibi possint: Et primùm juris est expediti, quod crimen paternum nullam maculam filio infligere debeat, nec 3
quisquam alieni criminis successor constituatur, *l. crimen. 16. & l. si pœna. 20. ff. de pœnis l. sancimus. 22. C. d. t.* Consonat textus, *in l. Si quis suo. in fin. C. de inoffic. testament.* Notum est quoque ex feudorum jure, quod feudum ex prima investitura, quâ feudum 4
originaliter adquisitum fuit, pertineat non modò ad primum adquirentem, sed etiam ad filios, & omnem ipsius posteritatem masculam, *Tit. 14. de feudo Marchiæ, §. Si Capitanei, ibi, fratres vel nepotes per investituram patis & avi in beneficium succedunt, lib. 1. feud. & tit. 23. In quibus causis feud. amitt. §. ult. ibi, ad eum hæredesque suos*

 mascu-

masculos in perpetuum pertineat, libr. 2. feud.

Non ergò videtur admittendum, ut filius ob patris culpam submoveatur à feu-
5 do, siquidem nemini jus suum sine facto ejus proprio auferri debeat, *l. Id quod nostrum. 11. ff. de regulis jur. l. Si post mortem. 10. §. ult. ff. de bonor. poss. contra tabul. l. In Insulam. 42. §. fin. ff. solut. matrimon.* Et ne qui-
6 dém parenti jus est auferendi liberis suis, quod ipsorum est proprium. *l. 1. C. de bonis mater. l. ult. C. de sentent. pass. l. Si cùm dotem. 22. §. Si pater. 3. & §. Eo autem. 5. ff. solut. matrim.*
7 Sed his nihil attentis feudorum placitis expressè cautum legimus, quod & liberi orbentur feudo, quo pater Vasallus ob
8 suum delictum privatur, *Textus est hâc de re in tit. 26. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnatos. §. Si Vasallus culpam, & tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, cui deferatur, lib. 2. feudor.*

Priori loco talis proponitur textus: Si Vasallus culpam comittat propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque ejus descendentes ad id feudum revocabuntur.

Loco posteriori Jurisconsultus Feudista Vasal-

Vasallus, *ait*, feudum delinquentis, filius ad id nullatenus aspirabit. Et quia hæc juris feudorum definitio in feudo procedit paterno veteri, ut proximè citata loca duo disertè ostendunt, multò magis obtinere debet in feudo novo, ut quod delinquente Vasallo primum cœpit, sive quod ille primus à Domino adquisivit, ut concors est opinio Doctorum, non modò veterum, sed & recentiorum; inter hos sentit ita Curtius Jun. *Tract. de feud. part. 5. num. 1. & 9.* Wesenb. *Tractat. de feud. cap. 16. num. 1.* Hartman. Pistoris *lib. 2. quæst. jur. part. 1. quæst. 4. num. 59. & quæst. 16. num. 2.* Johan. Borcholt. *in comment. in usus feudor. cap. 8. num. 150. & seq.* Herman. Vultejus, *Tractat. de feud. lib. 1. cap. 11. num. 70.* Heinric. à Rosenthal. *Tractat. feud. cap. 11. conclus. 1. num. 1. & ibi in addit. sub litera A.*

Atque hanc conclusionem claram & expeditam esse, à qua nullum discrepantem invenerit, scribit Jacobin de S. Georg. *Tract. de feud. in verb. dictiq; Va alii promiserunt, nu. 58.* Et ab hac opinione discrepare neminem ait Bursatus *consil. 148. n. 5. vol. 2. &* Tiberius Decianus, *consil. 23. n. 33. vol. 1.* Jul. Clarus *in §. feudum, quæst. 68. n. 1. & 2.* eamque verissimam esse & ab omnibus receptã testa-

tur Thomas Marinus, *de generib. & qualitatib. feudor. tit. 3. num. 25.* Et neminem de hâc sententia dubitare: ait Johan. Fichard. *consil. 18. num. 31. Tomo. 1.* Omnesque Doctores in hoc pronunciatum consentire testis est Marianus Socin. *consil. 65. incip. viso themate, num. 1. & consil. 68. num. 123. & seq. vol. 3.* Mynsing. *quoq; Respon. 44. num. 32. Decad. 5.* hanc conclusionem pro regula habet. Atque omnes indifferenter hanc sequi sententiam respondit Paris. *consil. 21. num. 52. vol. 1.*

9 Quæ autem ratio sit, cur patris delictum noceat quoque filiis ipsius in feudo, non omnium una est sententia, sed alii alias finxerunt rationes. Quidam adducunt textum, *in l. Quisquis. 5. §. Filii verò. C. ad leg. Iul. majestat.* Ubi dispositum legimus, quod crimen læsæ majestatis etiam filiis delinquentis incommodum adferat, eosque bo-
10 nis paternis privet. At quia majestatis crimen specialem habet rationem, propter sceleris magnitudinem, non potest commodè ab illo criminis genere ad culpam, ex quâ Vasallus feudum amittit, Argumentum duci, nisi in casu, quo Vasallus ob majestatis crimen feudo privatur.

11 Adducitur & hæc ratio, quod filii cum

patre

patre eâdem censentur esse persona, §. *Si quis. 4. versic. Ei verò qui juri tuo, Instit. de inutilib. stipulat.* Hanc rationem ex sententia Baldi refert Alvarotus *in tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, lib. 2. fend.*

Verùm & hæc ratio minor est & debilior, quam ut ex ea conclusio hæc feudalis firmari possit, siquidem ea pertineat ad Quæstionem, an pater filio aliquid contrahendo adquirat, non ad eam, num filius ob factum patris, de suo aliquid amittat; quod ejus proprium est, Baldus verò *in l. ult. C. unde liberi*, in casu, quo pater Vasallus in Dominum deliquit, hanc adfert rationem, quod filii vitiis paternis imbuti censentur, proindeq; Dominus non haberet meliorem Vasallum in persona filii, quam patris in Domino delinquentis. 12

13

Sed neque hæc ratio ad obtinendam propositam conclusionem idonea mihi videtur. Etsi enim sæpè parentum mores deriventur in liberos, juxta versum; Sæpè solet similis filius esse patri, gloss. *in l. Quòd si nolit. 31. §. Qui mancipia. ff. de ædilit. edict.* Id quod intelligitur etiam *ex c. venerabilem, vers. Sunt enim, in verb. Progenitores. extr. de elect. & electi potest:* & docet eleganter Tiraquel. *in l. connubiali. 7. in principio.* 14 15

Quia tamen enunciatum illud non semper verum, sed contingens est, sicuti experientia & exempla testantur, argumentum indè certò concludens peti non
16 potest: Ea enim natura est contingentium, ut in futuris nequaquam certitudo ex illis extrui possit, sicuti Philosophi tradunt.

17 Cæterùm Andr. de Isernia & Alvarot. *in dict. tit. 31. si vasallus feudo privetur, libr. 2. feudor.* & hos sequutus Hartmannus Pistori, *lib. 2. quæst. juris, part. 1. quæst. 16. num. 21.* hanc esse hujus juris rationem genuinam, existimant, quod licet feudum filiis quoque censcatur concessum, id tamen factum intelligi contemplatione patris, cui primitùs datum fuit feudum, adeò, ut filii causam à patre habere, & ipsius beneficio feudum consequi intelligantur, sed post mortem demùm patris, à quo expectare illud necesse habent, consequuntur illud priusquam is moriens ipsis reliquerit, unde si pater contrahendo vel delinquendo id amiserit, adspirare ad illud nequeant filii.
18 Verùm hanc rationem ægrè admiserim ideò, quod originaliter feudum conceditur ipsâ primâ investiturâ non solùm patri, sed & ejus filiis, cæterisque descendentibus

mascu-

masculis liberis, ut definitio feudi, *in tit. 23. In quibus causis feudum amittatur, § ult. lib. 2. feudor.* proposita disertè arguit, his verbis: Ut ad eum hæredesque suos masculos in perpetuum pertineat. Quibus ex verbis intelligitur, feudum dari ut pertineat non modò ad primum adquirentem, sed & ad liberos ipsius masculos in perpetuum. Confert eodem etiam *textus in tit. 14. de feudo Marchiæ, §. Si Capitanei, ibi, per investituram patris & avi in beneficium succedunt, lib. 1. feudor.* Accedit huc textus *in Tit 8. de successione feudi, lib. 1. Feudorum.* Ubi Jurisconsultus feudista clarissimè disponit, quod in tantum pertineat feudum ad filios Vasalli, ut in illo, sua ordinatione præjudicare filiis nequeat pater, Qui locus ut generalis intelligendus etiam est de feudo novo, ut sentiunt ibidem Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. quibus subscribit Menoch. *consil. 161 num 17.*

Si autem pater nihil ordinare potest de feudo in præjudicium filiorum, patet indè, quod filii etiam vivo patre jus proprium in feudo habeant. Id quòd præterea ex eo quoque cognoscitur, quod mortuo patre filii ipsius investiuntur de feudo investitura veteri, *tit. 3. in princ. & tit. 32. qui test. sunt*

necess. ad nov. investit. proband. vers. de veteri autem. junct. §. praecedenti. libr. 2. feudor. & tit. 91. de investitura veteris, & novi beneficii, in extraord. capit. Robur denique tribuit
20 conclusioni huic, quod filii succedendo in feudum retinere illud, non primùm adquirere dicuntur, *Tit. 5. lib. 1. feudor. & tit. 36. an mutus vel alias imperfect. vers. Quidam tamen, lib. 2. feudor.* Concessum ergò intelligitur feudum non modò patris, sed & filiorum contemplatione: Id quod sensit etiam post alios, Menoch. *consil. 161. num. 11. 15. & 22.* Unde rectè quidam scripserunt, in feudi concessione, duas intelligi donationes, unam quae patri primo adquirenti facta sit, alteram, quae ipsius liberis masculis ex eo descendentibus sit facta: Ita post alios, quos refert Heinricus à Rosenthal, *de feud. cap. 11. conclus. 7. in addit. sub lit.* E. eleganter scripsit etiam Bartholomaeus Camerar, in commentar. *ad tit. 55. de prohib. feudi alienat. per Frideric. pag. 368. & seqq.*

Ex praedictis hisce omnibus abundè cognoscitur verum non esse, ideò patris delictum ejus quoque filiis in feudo nocere, quod ipsi filii non priùs consequantur feudum, quam is moriens ipsis reliquerit.

Meum autem ut hâc de re judicium depromam,

promam, nullus dubito, quin hæc certiſſima ſit ratio pronunciati hujus, quod feudum hâc lege & conditione datum ſit, ut 21
Vaſallus ejuſque filii Domino ſint fideles, ipſique præſtent ea, quæ fidelitatis juramento continentur, *Tit. 23. In quibus cauſis feudum amittatur. §. ult. libr. 2. feud.* Ubi Juriſconſultus feudiſta feudum definiendo, disertè oſtendit, feudum ad hoc datum eſſe, ut Vaſallus ejuſque filii Domino fideliter ſerviant: Fideliter, inquam, hoc eſt, juxta capita fidelitatis, *in tit. 5. 6. & 7. lib. 2. feud. propoſita.* Et hanc conditionem eſſe & legem conceſſionis feudi affirmat quoque Juriſconſultus, *in d. tit. 21. de feudo ſine culpa non amittendo, lib. 1. feud.* Hanc fidelitatem
ſi Domino non præſtet Vaſallus, ingratus 22
dicitur in Dominum, & ob ingratitudinem illam indignus judicatur feudo, *Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi, in pr. & §. Eſt & alia ingratitudo. lib. 2. feudo.*

Cùm ergò ſub conditione illâ datum ſit feudum ſub contraria conditione, ut ſi Vaſallus non ſit fidelis Domino, ſed in ipſum delinquat, non cenſetur ei datum feudum, & proindè illud adimere ei poteſt Dominus, *dict. tit. 21. de feudo ſine culpâ non amittend. lib. 1. F.* Quod enim ſub conditione da- 23

tum est, sub contraria conditione revocatum censetur, *l. legata 14. ff. de adimend. legat. l. Quibus. 40. §. 2. l. Aliquando. 107. ff. de condit. & demonstrat.*

Quando autem feudum in eum redigitur casum, ut non intelligatur Vasallo datum, filius quoque Vasalli delinquentis in Dominum, capere illud non potest, ut quod pleno jure ad Dominum rediit, proindeq; ipsi per liberos aut agnatos Vasalli auferri non possit.

Hanc rationem supra adductæ conclusionis probat etiam Sonsbeck. *in comment. in usus feud. part. 12. num. 1. his verbis:* Ratio quare ad Dominum plenè feudum redit, exclusis omnibus agnatis & descendentibus; quia Dominus hoc à principio tacitè pepegisse videtur, quod scilicet ubicunque delinqueretur in eum, statim per hoc injuriæ sibi illatæ ultionem haberet, ac per hoc vindicaret. Est enim feu-
24 di donatio quasi modalis donatio, quæ revocatur statim non sequente modo, *l. 1. C. de donationib. quæ sub modo, vel conditione conficiuntur.* Ab

hâc

hâc sententiâ alienus non est Fachinæus, *lib. 7. controversiarum, jur. cap. 22. vers. Quod verò dicitur, vers. Nam cùm Vasallus*, verba Fachinæi hæc sunt. Cùm Vasallus ei maximè adstrictus sit fidelitatis juramento, illa tacita conditio inesse videtur feudi concessioni & beneficio, ut Vasallus fidelis sit, & nullam ingratitudinis causam committat, quòd si commiserit, feudum amittat. *Et paulò pòst:* Jus agnatis quæsitum quidem est ad feudum obtinendum, sed non absolutè & simpliciter, verum juxta naturam feudi, & regulas & obligationes ejus, quæ sunt, ut certis ex causis feudum amittatur, & ad dominium revertatur.

Cæterùm dubiæ Quæstionis est, an filiis noceat patris delictum in feudo tantum novo, non etiam in paterno feudo? Non desunt; qui affirmare audent feudale pronunciatum hoc, quod filii ob patris delictum priventur feudo, procedere tantùm in feudo novo, non etiam in antiquo paterno feudo. Ita opinatur Dynus, *in c. Non* 25 26

debet

debet aliquis. 22. tit. de reg. jur. in 6. num. 9. Cynus quoque *in l. 2. in fin. C. de libertatit. & eorum. liber.* Idem sentit de paterno feudo, quod concessum est etiam filiis, ut filiis, non autem de eo paterno feudo, quod etiam filiis ut hæredibus quæsitum fuit, *arg. d. l. Eumqui. 3. ff. de interdict. & relegat.* Cui sententiæ inhærere quoque videtur Bald. *in tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, libr. 2. feud.* Hanc opinionem secutus etiam fuit Castrens. *consil. 311. Incip. circa id, quod primo, num. 3. vol. 1.* Roland. à Valle, *consil. 29. Incip. Quia de decreto Principis, num. 33. vol. 3.* Berous *consil. 77. num. 21. & seq. 22. & consil. 78. num. 13. vol. 1.* Bursat. *consil. 225. nu. 187.* Sed isthæc Dyni opinio; ut & distinctio
27 Cyni aliena est à feudorum placitis, quæ disertè & generaliter arguunt, quod etiam feudum paternum vetus filii amittant ob patris delictum, ut patet ex textu clarissimo, *in dict. tit. 26. Si de feudo defuncti contentio fit inter Dominum & agnat. §. Si Vasallus culpam & dict. tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, lib. 2. feudor.* Hoc utroque loco ostenditur, quod ob patris culpam sive delictum filii quoque ab eo etiam feudo arceantur, in quod agnati succedere soleant; Ejusmodi
28 autem feudum est paternum vetus feudum

dum, *tit 11. de success. fratrum*, §. *His deficientibus, tit. 50. de natura successionis feudi*, §. *Paternum, lib. 2. feudor.*

Aliter distinguit Bart. *in l. Eum qui, 3. ff. de interdict. & relegat* in hunc puta modum: Delictum Vasalli aut tale est, ob quod directò & principaliter Vasallus privatur feudo, aut ejusmodi est, propter quod saltem in consequentiam feudo Vasallus cadit; ut quia neque contra Dominum, neq; contra feudalem conventionem peccavit, sed commune admisit delictum, ut ob quod juxta regulas juris communis plectendus est pater. Priori casu putat Bartolus delictum patris indistinctè filio obesse; Posteriori verò casu cum Cyno distinguit, an filiis ut filiis concessum sit feudum, atq; ita an feudum sit ex pacto & providentia, an verò filiis, ut hæredibus patris feudum sit datum, & ita feudum sit hæreditarium; Illo casu patris delictum obesse filiis, hoc verò casu patris delictum non nocere filiis, autumat Bart. atque hæc opinio probatur quoque Saliceto, *in l. 2. C. de libert. & eorum liberis*, quo loco ipse Salicetus commune appellat delictum, ob quod pater in consequentiam feudo privatur, ut quia bona patris publicantur; juxta juris civilis regulas: 29

las: Delictum verò propter quod Vasallus feudum principaliter & directò perdit, vocat delictum feudale. Bartoli distinctionem sequitur etiam Jacobin. de S. Georg. *Tractat. de feud. in verb. dictiq; Vasalli, num. 60.* Et hanc Bartoli distinctionem communem esse, à quâ recedendum non sit, testatur Alexand. *consil. 30. Incip. viso themate, num. 4. vol. 6. & consil. 60. vol. 3.*

10 Sed hæc opinio Bartoli, & qui ipsum sequuntur, nusquam autoritati juris feudorum aptari potest: Tùm quia feudorum
11 placita non agnoscunt distinctionem inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto & providentia, ut præter alios docui, *in tract. de qualitate & differentia feudorum, c. 5. num. 18. & seqq.* tùm etiam quia textus feudalis, *in dict. tit. 26. §. Si Vasallus culpam, & dict. tit. 31. lib. 2. feud.* generaliter de feudo disponunt, quod etiam filii ob patris culpam, submoveantur à feudo, Agnati verò interdum admittantur: Heinricus à Ro-
12 senthal. *Tractat. feud. cap. 11. conclus. 5. num. 1.* probabiliorem, mitiorem & veriorem putat esse sententiam; quæ feudũ paternũ antiquum ex pacto & providentia, puta pro adquirente, & filiis ejus adquisitũ, ob patris delictum, sive hoc in personam Domini,

sive

ſive in alium ſit perpetratum & admiſſum, filiis & deſcendentibus non adimit, ſed relinquit, eoſque Domino ac agnatis delinquentis Vaſalli præfert.

Sin autem hæreditarium ſit feudum, ut ſi in ejus conceſſione dictum ſit, tibi & hæredibus tuis, vel ſi informè (ut volunt) feudum ſit, ut quod ſimpliciter datum, nulla hæredum vel liberorum facta mentione, autumat Roſenthalius ſervandam eſſe diſtinctionem Cyni vulgatam inter delictum, quod in perſonam Domini commiſſum eſt, & illud delictum, quod in alienum eſt commiſſum, ut caſu priori Domino cedat feudum, poſteriori verò caſu agnatis Vaſalli delinquentis, non filiis ipſius relinquatur.

Sed de hâc Roſenthali cenſura quid ſentiendum ſit, ex prædictis manifeſtum eſt. 33
Hæredis appellatio in feudi conceſſione, 34
non efficit hæreditarium feudum, cum hæredis voce in libris feudorum denotetur filius Vaſalli, non hæres allodialis, *Tit. 13. de alienat. feud. §. Et ſi clientulus. lib. 1. feud. & tit. 34. de lege Corradi. §. Similiter, verſ. Profectò, lib. 2 feud.*

Et quia feudum, quod ex pacto & providentia vocant, ob patris culpam filiis Va- 35

ſalli

falli aufertur, *dict. tit. 26. §. Si Vasallus culpam, & d. t. 31. lib. 2. feud.* non poteſt illud Roſenthalii judicium de illa diſtinctione admitti.

36 Hartmannus verò Piſtoris, *quæſt. 16. n. 9. lib. 2 quæſt. jur. part. 1.* arbitratur, patris delictum, ob quod feudo privatur, nocere etiam filiis omni in feudo; Atque hanc
37 opinionem judico veram. Si enim pater
38 ſuo delicto indignum ſe fecit feudo, filii ipſius ſibi illud vindicare nequeunt, propter generalem textum, *in dict. tit. 26. Si de feudo defuncti contentio ſit inter Dominum & agnatos. §. Si Vaſallus culpam & dict. tit. 31. Si Vaſal. us feudo privetur, lib. 2. feudor.* Priori loco Juriſconſultus Feudiſta: Si, *ait*, Vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque ejus deſcendentes ad id feudũ vocabuntur, ſed agnati. Ecce Juriſconſultus non diſtinguit inter feudum ex pacto & providentia, & feudum hæreditarium aut informe feudum, neque inter culpam ſive delictum feudale, & commune delictum, ſed generaliter loquitur, atque ita de omni feudo, omnique culpa ſive delicto, quod etiam jure communi prohibetur, & coercetur. Poſterio-

ri

riloco verba Jurisconsulti feudistæ hæc sunt: Vasalli feudum delinquentis, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aspirabit, nisi id iterum à Domino licitè adquirat sibi gratiam faciente. Ex hoc enunciato primùm adparet, quod quando Vasallus feudum deliquit, hoc est, quando ob delictum suum amisit feudum Vasallus, quandoq; ad agnatos illud pertineat. Id quod etiam cautum, *in dict. tit. 26. §. Si Vasallus culpam.* Tunc autem feudum pertinet ad agnatos, quando delictum non in Dominum, sed quem alium est commissum, *per text. in dict. tit. 25. §. Deniq; sanè, lib. 2. feudor.* Deindè liquet ex eodem pronunciato, quod licet feudum culpâ Vasalli amissum aliquo casu pertineat ad agnatos, nullatenus tamen, id est, nunquàm sive nullo casu filii Vasalli aspirare ad illud possint. Si ergò casu hoc feudum ad agnatos pertinet, illius omninò filii sunt exortes, cum aliàs agnatis præferantur filii. Tertiò evincitur ex ipso axiomate & illud, quod filii non aliter feudum patris delicto amissum, consequi possint, nisi illud iterum à Domino, gratiam facien- 39

te, adquirant. Sive ergò feudale, sive commune sit delictum propter quod Vasallus feudum amisit, sive delictum illud commissum sit in alium quàm Dominum, non recidit illud ad filios ipsius, neque si feudum sit ex pacto & providentia, ut docet quoque Hartman. Pistoris, *dict. quæst. 16. num. 12.* Atque hæc conclusio probatur etiam *textu in tit. 78. Cùm feudum hæreditarium, & tit. fin. in extraord. cap.* Ubi disponitur, quod feudum tamdiù ad Dominum pertineat, quamdiù delinquens Vasallus vel ejus hæres vivit, & masculus ex
40 delinquente superest. Errat igitur Molinæus, quando *in consuetud. Parisiens. §. 30. quæst. 36. num. 153.* in fine scribit, distinctionem Cyni procedere etiam in feudo conventionali, quod ipsi est ex pacto & providentia feudum, ut scilicet Vasalli delictum non noceat ulli alii quam committenti, & quidem solùm ad ejus vitam. Et-
41 si verò ob patris Vasalli commune delictum, ipsius quoque filii arceantur à feudo etiam hæreditario, ut ostendi ex generali textu *d. tit. 26. §. Si Vasallus culpam & tit. 31. si Vasallus feudo privetur. lib. 2. feudor.* atta-
42 men Heinricus à Rosenthal, *Tract. de feud. cap. 11. conclus. 4. num. 6. 15. & seqq.* contrarium

rium sentit. Utitur autem pro hâc opinione suâ hoc Argumento. In jure feudorum non est dispositum, cui feudum ob delictum commune amissum, adplicandum sit, aut quod filii Vasalli delinquentis ab eo excludi debeant. Ergò jus civile hîc sequi nos oportet, quod vult, ut bona damnatorum non auferantur liberis, *Auth bona damnatorum*, *C. de bonis proscriptor.* Unde sequi putat, quod nullum, ne quidem hæreditarium feudum, ob patris commune delictum amittant filii. Sed responderi potest, *textus in d. t. 26. § Si Vasallus culpam. & d. t. 31. lib. 2. feudor.* loquuntur generaliter de feudo, ergò etiam de feudo hæreditario; loquitur item generaliter de culpa: ergò etiam de culpa sive delicto communi. Id quod sentit etiam Hartmann. Pistoris. *dict. quæst. 16. num. 8. in fin. vers. verùm enimverò. & quæst. 17. num. 8.* licet ipse Rosenthal. *dict. cap. 11. conclus 4. num 10. & seq.* putet, quod loquantur tantùm de delictis feudalibus, non communibus delictis. 43 44

Cum autem amisso per Vasalli delictum feudo Dominus filiis gratiam facere possit, & relinquere ipsis feudum *per text. in d. t. 3. lib. 2. feud.* quæritur, an Dominus hanc gratiam facere possit filiis, etiam in casu, quo 45 46

non in Dominum, sed in alium deliquit
47 Vasallus? Negativa jure consona est. Cum enim hoc casu feudum ad agnatos pertineat, per text. *in dict. tit. 24. §. Deniq; lib. 2.*
48 *feudor.* non potest Dominus feudum ipsis agnatis quæsitum auferre & filiis Vasalli concedere. *l. Id quod nostrum est. 11. ff. de reg. jur. l. iniquissimum. ff. de juris & facti ignorant. l. si arrogator. 22. ff. de adopt.*

Etsi autem patris delictum in feudo regulariter noceat quoque filiis ipsius, sunt
49 tamen nonnulli casus, quibus feudum ob patris culpam sive delictum amissum filiis
50 ipsius non adimitur. Unus est, si filius à principio simùl cum patre investitus sit de feudo: Ita tradunt Andr. de Isernia, *nu. 4.* & Bald. *num. 4. in dict. tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, lib. 2. feudor.* Mart. Laudens. *nu. 1.* Matth. de Afflict. *num. 1. vers. Secundò fallit,* Balzar. *num. 12.* Matth. de Afflict. *tit. de alienat. feudi paterni, num. 9. & 10. lib. eod. feudor.* Alvarot. *in tit. 24. Quæ fuit prima causa beneficii amitt. §. Deniq;, num. 10. conclus. 8.* Hartman. Pistoris, *lib. 2. quæst. jur. part. 1. quæst. 13. num. 27. & alii*, quos citat Heinricus à Rosenthal, *Tractat. feud. cap. 11. conclus. 2. in addit. sub lit. A.*

Et quia hoc casu filius jure proprio, non

ex patris persona venit, patet indè, quod delictum patris nihil noceat innocenti filio, per tradita Bart *in l. Eum qui. 3. ff. de interdict. & relegat.* Bald. *in l. 12. C. de legit. hæred.* Paul. de Castro. *in l. si finita. 15. §. Si de vectigalib. 26. ff. de damno. infect.* Johan. de Imola. *in c. fin. extr. de feud.* Zasius *de feud. part. 10. vers. fallit hæc conclusio.* Sed limitatio hæc procedere mihi videtur non in toto feudo, sed solùm in delinquentis parte dimidia, ut in ea injuriæ suæ ultionem habeat Dominus, *dict. tit. 24. §. Deniq. libr. 2. feudor.* Accedit huc, quod parte tantùm feudi alienata, ea solùm pars amittitur, non totum feudum, *Tit. 38. De Vasallo, qui contra constitutionem Lotharii, lib. 2. feud.* 51 52

Confert etiam, quod aliàs quoque proportionis ratio habetur, *l. cum debitore. 17. & l. seq. ff. Rem ratam haberi.* Hanc restrictionem in parte dimidia amplecti quoque videtur Heinricus à Rosenthal. *Tract. feud. cap. 11. conclus. 2. num. 1. vers. Quod quidem & cap. 9. conclus. 66. num. 8. & seqq.* Alius est casus, quo filio non admittitur feudum amissum ob patris culpam sive delictum; puta si ob filii benemerita in Dominum patri concessum sit feudum; ut si filius Dominum concedentem à morte, ab hostibus, à la- 53 54

 trun-

trunculis liberaverit: Ita sentit Baldus, *in dict. tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, cui defe-ratur, col. 2 vers. Ego autem in materia delicto-rum, ibi, attentis meritis singulorum, lib. 2. feu-dor.* Alvarot. *in tit. 24. §. Deniq; conclus. 7. lib. eod.* Curt. Jun. *de feud. part. 5. num. 3. vers. Exempli gratia, ibi, concedo attentis meri-tis singulorum, mihi pag. 503.* Menoch. *con-sil. 16. num. 33.* Hartman. Pistoris. *dict. quaest. 16. num. 28.* Heinricus à Rosenthal. *Tractat. de feud. cap. 9. conclus. 60. num. 28.* Cum enim hoc casu filii contemplatione Dominus feudum concesserit patri, equum non videtur, ut filio ob patris culpam feu-

55 dum auferatur. Tertius est casus, quo fi-liis non adimitur feudum patris delicto amissum, si nimirùm ex investitura adpa-reat, quod ipsis etiam filiis æquè principa-liter adquisitum sit feudum, ut volunt, quos refert & sequitur Hartman. Pistoris. *quaest. 16. num. 28. & seq. & quaest. 4. num. 80. & seq. lib. 2. quaestionum juris, part. 1.* Sentit Heinric. à Rosenthal. *Tractat. feud. c. 61. con-clus. 69. num. 28.*

55 Æquè autem principaliter filio censetur datum feudum, si in ipsa investitura filii nomen proprium sit expressum, ut si dixe-rit Dominus; Tibi & filio tuo Mævio con-

concedo hoc feudum. Ita sentire existimatur Andr. de Isernia ad *dict. tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, lib. 2. feud.* quem sequuntur Alvarot. *in tit. 24. §. ult. &* Curt. Jun. *Tractat. de feud. part. 5. num. 4.* Tùm etiam alii, quos citat Heinricus à Rosenthal. *de feud. cap. 9. dict. conclus. 66. sub lit.* G. Meminit eorundem Hartman. Pistoris, *lib. 2. quæst jur. part. 1. quæst. 16. num. 32. & quæst. 4. num. 89.* Ipse tamen putat, Andream de Isernia præter nominis proprii expressionem alias etiam desiderare conjecturas, quo tamen sensu accipiendum non esse Iserniam arbitratur Rosenthalius, *dict. cap. 9. conclus. 66. in addit. sub lit.* H.

Verumenimverò non video, cur realis qualitas feudum hoc distingui debeat, ab eo feudo, quod sine proprio filii nomine patri & ejus filio cōcessum est, cùm perinde sit, Dominus dicat: Titio und seinem Sohn / vel Titio und seinem Sohn Mævio, cùm Titius nullos alios filios habeat.

Et quia regula est quòd quando pater pro se & filiis suis contrahit, priùs sibi & post mortem suam filiis contrahendo adquirat, ut communiter tradunt, quos citat Heinricus à Rosenthal. *Tractat. feud. cap. 7. conclus. 16. in addit. sub lit.* R. consequitur in- 57

de, vivo etiam patre Vasallo culpam ejus in Dominum directam amissum feudum non ad filium pertinere, sed Domino cedere.

58 Conjecturæ autem si adsint, quòd Dominus concesserit patri feudum principaliter contemplatione filii, specialiter nominati, neutiquam privatur filius feudo patris culpâ amisso, ut si merita filii in Dominum extent, puta, si filius Dominum liberaverit à morte, ab hostibus à latronibus. Curtius Jun. *de feudis, part. 5. num. 3.* Jacobin, de S. Georg. *Tract. de feud. in verb Dictique Vasalli promiserunt, num. 58. vers. Quartò limitabis*

59 Si quoque filius, Domino summus sit amicus, aut ei magis fuerit conjunctus, quàm pater, puta, si ejus sit gener, patris culpa filius non amittit feudum, vt sentit Menoch *de præsumpt. præsumpt. 28. lib. 3. n. 12. & 13.* Arbitror tamen ipso jure filium etiam hoc casu privari feudo, propter patris culpâ in Dominum commissam, sed benignius agere Dominum cum filio, si ei ex dictis causis relinquat feudum. Sed quod de meritis filii in Dominum dixi, intelligendum est de meritis, quæ Dominus certò recepit à filio Vasalli delinquentis. Proinde ea probanda sunt per filium, si feudum obtinere velit.

velit. Merita enim, cùm in facto versentur, non præsumuntur, sed probanda sunt. *l. In bello 12. §. Facti. 2. ff. de capt. & postl. reverſ.* Atq; ita in terminis respondit Ruinus, *consil. 44. in fin. libr. 5.* & eum secutus Menoch. *consil. 162. num. 35.* 60

Si tamen Dominus concedendo feudum meminerit generaliter meritorum filii in ipsa investitura, ut si dixerit, attentis ipsius meritis, non est opus alia probatione meritorum, ut sentit etiam Curtius Jun. *de feud. part 5. num. 3.* & Heinricus à Rosenthal. *dict. cap. 9. membr. 2. conclus. 66. num. 61.* 61

Adhæc, feudum patri concessum, intelligi quoque contemplatione filii principaliter datum, si dictum sit, „tibi & generi tuo feudum concedo, vel pro te & filiis tuis de uno ad alium, proindeq; ob delictum patris non adimi feudum filiis censent nonnulli, quos referunt Curt. Jun. *Tractat. de feud. part. 5. num. 3. vers. limita nunc, primò, & num. 5* & Jacobin. de S. Georg. *in verb. Dictiq; vasalli promiserunt, num. 58. vers. Quartò limitabis.* Cæterùm opinionem hanc improbant Bald. *in d. tit. 24. §. ult. lib. 2. feud.* Thomas de Marinis, *de feud. tit. 2 num. 92.* Hartman. Pistoris, *lib. 2 quæst. jur. part. 1* 62

quaest. 16. num. 32. Heinricus à Rosenthal. *Tractat. de feud. cap. 11. conclus. 3. nu. 2. & 3.*
63 Praetereà feudo non privari filium ob patris delictum censent Dd. si avus possideat adhuc feudum delinquente patre, ac posteà avus mortuus sit, ut tradit Bart. *in l. Eum qui. ff. de interdict. & relegat.* Bald. *in l. Emancipatum. ff. de Senatorib. & in dict. tit. 31. Si Vasallus feudo privetur, lib. 2. feudor.* Johan. de Imola *in c. ex parte, extr. de feud.* Alvarot. *in dict. tit. 24. §. ult. conclus. 4. & ibi* Petrus Raven. Zasius. *de feud. part. 10. vers. Secundò fallit, si patre delinquente, pag. 100.* Hartman. Pistoris, *dict. quaest. 16. num. 33.* Heinricus à Rosenthal *Tractat. de feud. cap. 11. conclus. 6. ubi alios plures sub lit. a. refert.* Verùm conclusio haec mihi ex eo suspecta vi-
64 detur, quod ob patris delictum in Dominum commissum omnes ejus descendentes feudo privantur. *d. tit. 26. §. Vasallus culpam. lib. 2. feud.* Et licet vivo avo pater non possideat feudum, ipsum tamen jus feudi ad eum pertinet, ut quod ipsi per investituram primum adquisitum fuit, ut suprâ docui. Hoc ergò jus cum adimatur ob delictum ejus, nepos illud capere non potest. Referenda quoque huc ratio, cur ob patris delictum filius quoque à feudo submoveatur.

Est

Eſt & illud hîc notandum, quod ob patris delictum filius non amittit feudum, ſi 65 ea conſuetudo ſit loci, aut curiæ, ne ob patris culpam filii ipſius à feudo arceantur, Heinricus à Roſenthal. *Tract. de feud. cap. 11. concluſ. 3. num. 5.* ubi teſtatur, ſe recordari in aliquibus locis hoc obtinuiſſe, ut filii nunquam excludantur à feudis ob parentum culpas. Et hactenùs de filiis Vaſalli dicendum nunc de Vaſalli agnatis & deſpi- 66 ciendum, an ipſis quoque auferatur paternum vetus feudum Vaſalii agnati culpa ſive delicto amiſſum.

Diſtinguendum hîc eſt inter culpam in 67 Dominum commiſſam, & eam culpam, quæ in alium, quàm Dominum eſt commiſſa. In Dominum ſi culpa Vaſalli ſit commiſſa, non filii ſolùm & cæteri deſcendentes, ſed & agnati ſubmoventur à feudo paterno Vaſalli culpâ amiſſo, idque Domino adplicatur: In alium verò, ſi culpa Vaſalli commiſſa fuerit, ut ſi fratrem ſuum interfecerit, vel aliud grave crimen, puta patricidium commiſerit, feudum non ad Dominum, ſed ad proximos agnatos à primò adquirente deſcendentes pertinet; Hæc juris feudorum definitio ſive regula proponitur, *in tit. 24. Quæ fuit prima cauſa bene-*

beneficii amittendi. §. *Deniq. & tit. 37. An ille, qui interfecit fratrem Domini sui, lib. 2. feudor.*

68 Primi membri regulæ propositæ exempla traduntur, *in tit. 5. Quibus modis feud. amitt. in princ. lib. 1. feud.* hæc nimirùm; Si Dominus prælium campestre habuerit, & Vasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem vulneratum: Item si fidelis cucurbitaverit Dominum, id est, cum uxore Domini concubuerit, vel concumbere se exercuerit, aut cum ea turpiter luserit, vel si cum filia, aut cum nepte ex filio, aut cum nupta filio, aut cum sorore Domini in ejus domo manente concubuerit: Similiter, si Dominum assalierit, vel castrum Domini, sciens Dominum vel Dominam ibi esse: Est & hoc primi membri propositæ regulæ exemplum, Si Vasallus feudum suum non consentiente Domino alienaverit, *dict. tit. 24. Quæ fuit prima causa beneficii amittendi.* § *ult.* ubi Jurisconsultus feudista, Si Vasallus, *ait*, contra constitutionem bonæ memoriæ Lotharii Imperatoris beneficium alienaverit, quia Dominum contemnere videtur, ad Dominum beneficium pertineat. Idem patet

patet ex textu, *in tit. 5. §. Aut si libellario. lib. 1. feud. & tit. 44. item 55. De prohib. feud. alienat. per Frid. §. Callidis, & tit. 42. de controvers. in Dominum & emptorem feudi. libr. 2. feud.* Et notandum hîc, quod juris feudorum authores hanc suam sententiam non simpliciter proponunt, sed additis rationibus duabus. Una est, quod ideò feudum reverti ad Dominum debeat, ut injuriæ sibi illatæ ultionem habeat: Altera, quod Dominum contemnat, qui in ipsum culpam committit.

Hisce juris feudalis textibus expressis inhærentes glossæ scribunt: Si Vasallus ob 69
culpam in Dominum commissam, feudo privetur, feudum illud ad Dominum pertineat, non ad agnatos, ita sentit gl. *in dict. tit. 24, §. ult. in verb. Proximos. ut & gloss. in tit. 26. §. Si Vasallus culpam. in verb. revocabuntur, in fin. & gl in tit. 53. de pace tenenda & juramento firmanda, lib. 2. feud.* Similiter sentiunt ita Dd. quos longa serie citat Hartman. Pistoris, *lib. 2. quæst. 15. num. 20.* Hermannus Vultejus, *de feud. libr. 1. cap. 11. num. 71.* Fachinæus *lib. 7. controvers. jur. cap. 22. §. Priorem sententiam. & alii alibi.*

Etsi verò hæc juris feudorum sententia 70
textibus clarissimis, & Doctorum opinio-

Capitanei, lib. 1. feud. & tit. 1. §. *His verò defi-*
73 *cientibus, lib. 2. feud.* Hinc paternum feudum vetus alienare agnatus non potest, nisi agnatis consentientibus, *Tit. 39. de alienat. feudi paterni, in princ. lib. eod. feud.* Agnatus ergò nec delicto suo præjudicare potest
74 suo agnato, Argumentum enim à contractibus ad delicta probabile & frequens est, ut ostendit Everhardus, *in Topic. legal. in loco à contractibus ad delicta.*

75 Sed Argumentum hoc ideò nihil hîc virium habet contra expressos juris feudorum textus, *in dict. tit. 24.* §. *Denique,* Siquidem Vasallus in Dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad Dominum beneficium revertatur, *& dict. tit. 37. in princ. ibi.* Quia tamen erga Dominum suum non fuerit facta felonia ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit. Cùm autem ad Dominum respicit felonia, feudum tunc Domino aperitur, *lib. 2. feud.*

76 Opinantur quidem nonnulli textum, *in dict. tit. 24.* §. *ult. lib. 2. feud.* quatenùs agnatos excludit à feudo ob culpam Vasalli amisso, accipiendum esse de feudo novo, verùm

verùm errore ducuntur: Textus enim ille disertè loquitur de paterno feudo his verbis: Si tamen beneficium fuerit paternum.,

Quoties autem in libris feudorum mentio fit paterni feudi, significatur per illud non novum, sed vetus feudum, *tit. 11. de success. frat. in fin. princ. tit. 12. De fratrib de novo beneficio investit. tit. 14. De Vasallo decrepitæ ætatis, & tit. 15. de investitura in maritum facta, tit. 50. lib. 2. feudor. de natura success. feudi.* Ideò quoque textum illum, *tit. 24. §. ult. lib. 2. feudor.* exaudire non possumus de feudo novo, quia dubium est nullum, hoc feudum ad agnatos non pertinere, per text. *in tit. 11. §. His verò deficientibus, lib. 2. feudor.* Omnis autem juris dispositio exaudienda est de casu dubitabili. *l. Domitius, 27. ff. de testament.* 77 78 79

80 Depræhendimus quoque hic erroneum sensum Andr. de Isernia, *qui text. in d. t. 37. An ille, qui interfecerit fratrem Domini sui feudum amittat. §. Cùm autem. lib. 2 feud.* interpretatur de casu, quo nulli extant agnati. Cum tamen textus ille verbis & sensu disertè agat de casu, quo adsunt agnati, & disponat, quod feudum Vasalli culpa in alium, quam Dominum commissa, ad

Capitanei, lib. 1. feud. & tit. 1. §. His verò deficientibus, lib. 2. feud. Hinc paternum feu-
73 dum vetus alienare agnatus non potest, nisi agnatis consentientibus, *Tit. 39. de alienat. feudi paterni, in princ. lib. 2. feud.* Agnatus ergò nec delicto suo præjudicare potest
74 suo agnato, Argumentum enim à contractibus ad delicta probabile & frequens est, ut ostendit Everhardus, *in Topic. legal. in loco à contractibus ad delicta.*

75 Sed Argumentum hoc ideò nihil hîc virium habet contra expressos juris feudorum textus, *in dict. tit. 24. §. Denique,* Siquidem Vasallus in Dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad Dominum beneficium revertatur, *& dict. tit. 37. in princ. ibi.* Quia tamen erga Dominum suum non fuerit facta felonia ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit. Cùm autem ad Dominum respicit felonia, feudum tunc Domino aperitur, *lib. 2. feud.*

76 Opinantur quidem nonnulli textum, *in dict. tit. 24. §. ult. lib. 2. feud.* quatenùs agnatos excludit à feudo ob culpam Vasalli amisso, accipiendum esse de feudo novo, verùm

verùm errore ducuntur: Textus enim ille disertè loquitur de paterno feudo his verbis: Si tamen beneficium fuerit paternum.

Quoties autem in libris feudorum mentio fit paterni feudi, significatur per illud non novum, sed vetus feudum, *tit. 11. de success. frat. in fin. princ. tit. 12. De fratrib de novo beneficio investit. tit. 14. De Vasallo decrepitæ ætatis, & tit. 15. de investitura in maritum facta, tit. 50. lib. 2. feudor. de natura success. feudi.* Ideò quoque textum illum, *tit. 24. §. ult. lib. 2. feudor.* exaudire non possumus de 77
feudo novo, quia dubium est nullum, hoc 78
feudum ad agnatos non pertinere, per text. *in tit. 11. §. His verò deficientibus, lib. 2. feudor.* Omnis autem juris dispositio exaudienda 79
est de casu dubitabili. *l. Domitius, 27. ff. de testament.*

Deprǽhendimus quoque hic erroneum 80
sensum Andr. de Isernia, *qui text. in d. t. 37. An ille, qui interfecerit fratrem Domini sui feudum amittat. §. Cùm autem. lib. 2 feud.* interpretatur de casu, quo nulli extant agnati. Cum tamen textus ille verbis & sensu disertè agat de casu, quo adsunt agnati, & disponat, quod feudum Vasalli culpa in alium, quam Dominum commissa, ad

Capitanei, lib. 1. feud. & tit. 11. §. His verò defi-
73 *cientibus, lib. 2. feud.* Hinc paternum feudum vetus alienare agnatus non potest, nisi agnatis consentientibus, *Tit. 39. de alienat. feudi paterni, in princ. lib. eod. feud.* Agnatus ergò nec delicto suo præjudicare potest
74 suo agnato, Argumentum enim à contractibus ad delicta probabile & frequens est, ut ostendit Everhardus, *in Topic. legal. in loco à contractibus ad delicta.*

75 Sed Argumentum hoc ideò nihil hîc virium habet contra expressos juris feudorum textus, *in dict. tit. 24. §. Deniq; si,* Siquidem Vasallus in Dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad Dominum beneficium revertatur, *& dict. tit. 37. in princ. ibi.* Quia tamen erga Dominum suum non fuerit facta felonia ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit. Cùm autem ad Dominum respicit felonia, feudum tunc Domino aperitur, *lib. 2. feud.*

76 Opinantur quidem nonnulli textum, *in dict. tit. 24. §. ult. lib. 2. feud.* quatenùs agnatos excludit à feudo ob culpam Vasalli amisso, accipiendum esse de feudo novo, verùm

verùm errore ducuntur: Textus enim ille disertè loquitur de paterno feudo his verbis: Si tamen beneficium fuerit paternum.

Quoties autem in libris feudorum mentio fit paterni feudi, significatur per illud non novum, sed vetus feudum, *tit. 11. de success. frat. in fin. princ. tit. 12. De fratrib de novo beneficio investit. tit. 14. De Vasallo decrepitæ ætatis, & tit. 15. de investitura in maritum facta, tit. 50. lib. 2. feudor. de natura success. feudi.* Ideò quoque textum illum, *tit. 24. §. ult. lib. 2. feudor.* exaudire non possumus de feudo novo, quia dubium est nullum, hoc feudum ad agnatos non pertinere, per text. *in tit. 11. §. His verò deficientibus, lib. 2. feudor.* Omnis autem juris dispositio exaudienda est de casu dubitabili. *l. Domitius, 27. ff. de testament.* 77 78 79

Depræhendimus quoque hic erroneum sensum Andr. de Isernia, *qui text. in d. t. 37. An ille, qui interfecerit fratrem Domini sui feudum amittat. §. Cùm autem. lib. 2 feud.* interpretatur de casu, quo nulli extant agnati. Cum tamen textus ille verbis & sensu disertè agat de casu, quo adsunt agnati, & disponat, quod feudum Vasalli culpa in alium, quam Dominum commissa, ad 80

Capitanei, lib. 1. feud. & tit. 1. §. His verò defi-
73 *cientibus, lib. 2. feud.* Hinc paternum feudum vetus alienare agnatus non potest, nisi agnatis consentientibus, *Tit. 39. de alienat. feudi paterni, in princ. lib. eod. feud.* Agnatus ergò nec delicto suo præjudicare potest
74 suo agnato, Argumentum enim à contractibus ad delicta probabile & frequens est, ut ostendit Everhardus, *in Topic. legal. in loco à contractibus ad delicta.*

75 Sed Argumentum hoc ideò nihil hîc virium habet contra expressos juris feudorum textus, *in dict. tit. 24. §. Deniq; si,* Siquidem Vasallus in Dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad Dominum beneficium revertatur, *& dict. tit. 37. in princ. ibi.* Quia tamen erga Dominum suum non fuerit facta felonia ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit. Cùm autem ad Dominum respicit felonia, feudum tunc Domino aperitur, *lib. 2. feud.*

76 Opinantur quidem nonnulli textum, *in dict. tit. 24. §. ult. lib. 2. feud.* quatenùs agnatos excludit à feudo ob culpam Vasalli amisso, accipiendum esse de feudo novo, verùm

verùm errore ducuntur: Textus enim ille disertè loquitur de paterno feudo his verbis: Si tamen beneficium fuerit paternum.

Quoties autem in libris feudorum mentio fit paterni feudi, significatur per illud non novum, sed vetus feudum, *tit. 11. de success. frat. in fin. princ. tit. 12. De fratrib de novo beneficio investit. tit. 14. De Vasallo decrepitæ ætatis, & tit. 15. de investitura in maritum facta, tit. 50. lib. 2. feudor. de natura success. feudi.* Ideò quoque textum illum, *tit. 24. §. ult. lib. 2. feudor.* exaudire non possumus de feudo novo, quia dubium est nullum, hoc feudum ad agnatos non pertinere, per text. *in tit. 11. §. His verò deficientibus, lib. 2. feudor.* Omnis autem juris dispositio exaudienda est de casu dubitabili. *l. Domitius, 27. ff. de testament.* 77 78 79

Deprehendimus quoque hic erroneum sensum Andr. de Isernia, *qui text. in d. t. 37. An ille, qui interfecerit fratrem Domini sui feudum amittat. §. Cùm autem. lib. 2 feud.* interpretatur de casu, quo nulli extant agnati. Cum tamen textus ille verbis & sensu disertè agat de casu, quo adsunt agnati, & disponat, quod feudum Vasalli culpa in alium, quam Dominum commissa, ad 80

F agna-

beneficii amittendi. §. *Deniq.* & *tit.* 37. *An ille, qui interfecit fratrem Domini sui, lib.* 2. *feudor.*

68 Primi membri regulæ propositæ exempla traduntur, *in tit.* 5. *Quibus modis feud. amitt. in princ. lib.* 1. *feud.* hæc nimirùm; Si Dominus prælium campestre habuerit, & Vasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem vulneratum: Item si fidelis cucurbitaverit Dominum, id est, cum uxore Domini concubuerit, vel concumbere se exercuerit, aut cum ea turpiter luserit, vel si cum filia, aut cum nepte ex filio, aut cum nupta filio, aut cum sorore Domini in ejus domo manente concubuerit: Similiter, si Dominum assalierit, vel castrum Domini, sciens Dominum vel Dominam ibi esse: Est & hoc primi membri propositæ regulæ exemplum, Si Vasallus feudum suum non consentiente Domino alienaverit, *dict. tit.* 24. *Quæ fuit prima causa beneficii amittendi.* § *ult.* ubi Jurisconsultus feudista, Si Vasallus, *ait*, contra constitutionem bonæ memoriæ Lotharii Imperatoris beneficium alienaverit, quia Dominum contemnere videtur, ad Dominum beneficium pertineat. Idem

patet

patet ex textu, *in tit. 5. §. Aut si libellario. lib. 1. feud. & tit. 44. item 55. De prohib. feud. alienat. per Frid. §. Callidis, & tit. 42. de controvers. in Dominum & emptorem feudi. libr. 2. feud.* Et notandum hîc, quod juris feudorum authores hanc suam sententiam non simpliciter proponunt, sed additis rationibus duabus. Una est, quod ideò feudum reverti ad Dominum debeat, ut injuriæ sibi illatæ ultionem habeat: Altera, quod Dominum contemnat, qui in ipsum culpam committit.

Hisce juris feudalis textibus expressis inhærentes glossæ scribunt: Si Vasallus ob culpam in Dominum commissam, feudo privetur, feudum illud ad Dominum pertineat, non ad agnatos, ita sentit gl. *in dict. tit. 24, §. ult. in verb. Proximos. ut & gloss. in tit. 26. §. Si Vasallus culpam. in verb. revocabuntur, in fin. & gl in tit. 53. de pace tenenda & juramento firmanda, lib. 2. feud.* Similiter sentiunt ita Dd. quos longa serie citat Hartman. Pistoris, *lib. 2. quæst. 15. num. 20.* Hermannus Vultejus, *de feud. libr. 1. cap. 11. num. 71.* Fachinæus *lib. 7. controvers. jur. cap. 22. §. Priorem sententiam. & alii alibi.* 69

Etsi verò hæc juris feudorum sententia textibus clarissimis, & Doctorum opinionibus 70

nibus minimè contemnendis subnixa sit, non desunt tamen, qui in feudo ex pacto & providentia antiquo agnatis favent, & Domino hoc jus revocandi ad se feudum subtrahunt: In horum numero sunt, quos memorant Hartman. Pistoris *dict. quæst. 15. num. 24.* & Herman. Vultej. *lib. 1. de feud. dict. cap. 11. num. 71. vers. Disertè verò in hac quæst. ut & Fachinæus lib. 7. controvers. jur. cap. 22. §. Secundæ autem opinionis.* Quibus autem fundamentis hanc opinionem munitam putent, paulò pòst indicabitur, & ipsorum infirmitas manifestabitur.

71 Est & alia opinio Heinrici à Rosenthal. *Tractat. de feud. cap. 71. conclus. 5. num. 1. 2. 6. & seqq.* ubi distinguit inter feudum ex pacto & providentia, ut quod pro adquirente & filiis ejus adquisitum est, & feudum informe, ut quod simpliciter quis accepit, liberis aut hæredibus aut similibus non expressis, ut definit idem Heinricus à Rosenthal, *de feud. cap. 2. conclus. 33. num. 53. & conclus. 50. num. 1. & cap. 11. conclus. 5. num. 2.* Feudum antiquum ex pacto & providentia ob delictum patris, sive hoc in personam Domini, sive in alium sit commissum, filiis & descendentibus non adimi, sed ipsos Domino præferri scribit. In feudo autem

informi & hæreditario, (quæ duo feuda æquiparant) distinguit Heinricus à Rosensenthal. *dict. cap. 11. conclus. 5. num. 2. & 6.* distinguit, inquam inter patris delictum in ipsummet Dominum commissum, & commissum in quem alium: Priori casu patris delictum nocere etiam filiis, cæterisque descendentibus, ac feudum hoc antiquum ad Dominum pertinere, ut ita injuriæ suæ ultionem habeat, ac vindictam consequatur. Posteriori autem casu feudum agnatis adplicari Domino tribui. Hanc distinctionem probârunt quoque ante Rosenthal. Imola, Paul. de Castro. Romanus. Alexander. & alii, *in l. Si finita. 15. §. Si de vectigalibus. 26. ff. de damno infect.* Idem Imola, *in c. Ex parte, num. 18. extr. de feud.* Ruin. *consil. 23. num. 32. vol. 5.* Clar. *lib. 4. sentent. §. Feudum, quæst. 66. num. 6. in fin.* Loquuntur quidem Interpretes illi de filiis, sed multò magis de agnatis exaudiendi sunt, ut quibus non ita facilè officit defuncti factum ut liberis.

Hæc opinio convenit cum præcedente in feudo ex pacto & providentia antiquo; Cujus utriusque opinionis rationes hæ sunt: Prima, quod feudum ex pacto & providentia antiquum ex prima investitura pertinet etiam ad agnatos. *Tit. 14. §. Si* 72

Capi-

Capitanei, lib. 1. feud. & tit. 11. §. His verò defi-
73 *cientibus, lib. 2. feud.* Hinc paternum feudum vetus alienare agnatus non potest, nisi agnatis consentientibus, *Tit. 39. de alienat. feudi paterni, in princ. lib. eod. feud.* Agnatus ergò nec delicto suo præjudicare potest
74 suo agnato, Argumentum enim à contractibus ad delicta probabile & frequens est, ut ostendit Everhardus, *in Topic. legal. in loco à contractibus ad delicta.*

75 Sed Argumentum hoc ideò nihil hîc virium habet contra expressos juris feudorum textus, *in dict. tit. 24. §. Denique,* Siquidem Vasallus in Dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximos, sed ad Dominum beneficium revertatur, *& dict. tit. 37. in princ. ibi.* Quia tamen erga Dominum suum non fuerit facta felonia ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit. Cùm autem ad Dominum respicit felonia, feudum tunc Domino aperitur, *lib. 2. feud.*

76 Opinantur quidem nonnulli textum, *in dict. tit. 24. §. ult. lib. 2. feud.* quatenùs agnatos excludit à feudo ob culpam Vasalli amisso, accipiendum esse de feudo novo,

verùm

verùm errore ducuntur: Textus enim ille diſertè loquitur de paterno feudo his verbis: Si tamen beneficium fuerit paternum.

Quoties autem in libris feudorum mentio fit paterni feudi, ſignificatur per illud non novum, ſed vetus feudum, *tit. 11. de ſucceſſ. frat. in fin. princ. tit. 12. De fratrib de novo beneficio inveſtit. tit. 14. De Vaſallo decrepitæ ætatis, & tit. 15. de inveſtitura in maritum facta, tit. 50. lib. 2. feudor. de natura ſucceſſ. feudi.* Ideò quoque textum illum, *tit. 24. §. ult. lib. 2. feudor.* exaudire non poſſumus de feudo novo, quia dubium eſt nullum, hoc feudum ad agnatos non pertinere, per text. *in tit. 11. §. His verò deficientibus, lib. 2. feudor.* Omnis autem juris diſpoſitio exaudienda eſt de caſu dubitabili. *l. Domitius, 27. ff. de teſtament.* 77 78 79

80 Depræhendimus quoque hic erroneum ſenſum Andr. de Iſernia, *qui text. in d. t. 37. An ille, qui interfecerit fratrem Domini ſui feudum amittat. §. Cùm autem. lib. 2 feud.* interpretatur de caſu, quo nulli extant agnati. Cum tamen textus ille verbis & ſenſu diſertè agat de caſu, quo adſunt agnati, & diſponat, quod feudum Vaſalli culpa in alium, quam Dominum commiſſa, ad

agnatos pertineat, si verò ad Dominum respiciat felonia feudum Domino aperiri, non ad agnatos pertinere.

81 Non desunt etiam, qui existimant, *in dict. tit. 24. §. ult. lib. 2. feudor.* Verba Jurisconsulti feudistæ, sed ad proximos pertinet, intelligenda putant de filiis Vasalli delinquentis, sed perperam. Cùm enim vox illa, proximos, bis ponatur in ea dispositione, & verba sequentia. Si tamen beneficium fuerit paternum, citra omne dubium per proximos significantur, non filii Vasalli, sed agnati, maximè cum proximorum appellatione nusquam in feudorum jure denotentur filii Vasalli.

82 Altera ratio, quâ aliqui putant feudum culpâ Vasalli amissum pertinere ad agnatos non ad Dominum, hæc est: Iniquum est, ut agnatus ob delictum alterius privetur jure proprio, quod non à delinquente habet, sed ab alio, qui fuit agnationis communis, *dict. tit. 11. de success. fratrum. §. His verò deficientib. lib. 2. feud.* Atqui ratio hæc vera quidem est, sed in casu, quo Vasalli delictum non in Dominum est commissum, sed in alium, ut arguit distinctio, *in d. tit. 24. §. Deniq; lib. 2. feud.*

Et

Et licet videatur iniquum ut agnati ex- 83
cludentur à feudo ob culpam in Dominum commissam, quia tamen lex feudalis ita scripta est, & quidem addita ratione, 84
non est nostrum ab eo discedere pronunciato, per text. *in l. Prospexit 12. in princ. ff. Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt.*

Tertia ratio est; si ob delictum in Do- 85
minum commissum agnati amitterent feudum, tunc semper esset in potestate Vasalli privare agnatum feudo, quotiescunque liberum ei fuerit, solùm proferendo verba quædam injuriosa in Dominum, cùm etiam ob simplicem verbalem injuriam feudum amittat Vasallus, *dict. tit. 24. §. Porrò si Dominum, lib. 2. feudor.*

Sed ratio hæc tertia ideò nihil officit 86
pronunciato, *dict. §. Deniq. lib. eod. feud.* Non enim præsumendus est ejusmodi dolus Vasalli, cùm ipsemet non solùm feudo privaretur, sed & aliis pœnis subjici posset. Quòd si de ea constaret fraude, ejus nomine conveniri posset Vasallus ad damnum illud agnato resarciendum actione doli, ut arguunt exempla doli ex legibus collecta in disputatione mea. *6. thes. 49. sub class. 4. pag. 721.*

Quinimò detecta collusione cum Do-

mino facta & fraude agnati, deprehensa, æquum esse videtur, ne ea noceat agnatis, Heinricus à Rosenthal. *Tractat de feud. c. 10. conclus. 39. num. 30. & cap. 11. conclus. 9. n. 7.*

87 Adducitur pro agnatis & hæc ratio, quod textus, *in tit. 26. §. Si Vasallus culpam, si de feudo defuncti contentio sit inter dominum, &c. lib. 2. feud.* generalibus his conceptus sit verbis: Si Vasallus culpam committat propter quam feudum amittere debeat, neque filius neque ejus descendentes ad feudum revocabuntur, sed agnati. Non distinguit hic textus, culpa in Dominum sit commissa, vel in alium: Quocirca licet in Dominum commissa sit culpa, feudum ad agnatos pertinet.

88 Verùm textus ille generalis intelligendus est, secundùm distinctionem, *in d. tit. 24. §. Deniq; & dict. tit. 37. lib. 2. feud.* de eo scilicet casu, quo non in Dominum, sed quem alium culpa Vasalli commissa est. Textus
89 enim generales sui restrictionem recipiunt ex aliis textibus inter casus distinguentibus, ne scilicet textuum correctio inducatur, Bald. *in l. 3. num. 1. C. Sine censu vel reliquis feudum comparari non posse*, Bart. Jacob.

de

de Arena & alii, *in l. 1. §. Nunciatio. ff. de novi oper. nuciat.* Parisſ. *conſil. 23. num. 170. & ſeq. vol. 1.*

Quoniam autem Heinricus à Roſen- 90
thal ea opinione imbutus fuit, ut exiſtimârit, textus, *in dict. tit. 24. §. Denique. & tit. 37. lib. 2. feud.* exaudiendos eſſe non de feudo ex pacto & providentia, ſed de feudo informi, & hæreditario feudo, deſpiciendum hîc nobis eſt, an textus illi hanc hanc commodè admittant explicationem. Ego ut credam illud adduci non poſſum. Tùm quia feudorum jura non agnoſcunt feudum aliquot informe quod ſpecie ſit diſtinctum à feudo, quod ex pacto & providentia appellant, tùm quia textus, *in dict. tit. 24. §. Denique. & dict. tit. 37. in princ.* generaliter concepti ſunt, nec diſtinguunt inter feudum ex pacto & providentia, & feudum informe ſive hæreditarium. Quocircà non decet nos diſtinguere inter iſthæc feuda; Tùm etiam quia ratio *in dict. tit. 24. § Deniq;* ſingulariter à Juriſconſulto appoſita, cur feudum pertineat ad Dominum, ſi in ipſummet peccârit Vaſallus, procedit tàm in feudo, quod informe, & hæreditarium appellant, quàm in feudo ex pacto & providentia. Tùm poſtremò, quia nulla adparet

idonea causa, cur agnati ob culpam Vasalli in Dominum commissam à feudo informi, & hæreditario, submoveri debeant, non etiam à feudo ex pacto & providentia.

QUÆSTIONIS QUARTÆ.

An Feudum ex culpa Vasalli amissum, & ad Dominum reversum post ejus Vasalli mortem ad agnatos pertineat?

SUMMARIA.

1. AD agnatos pertinere quidam Dd. affirmant.

2. Contrarium quòd Feudum ad Dominum & non agnatos pertineat etiam suos habet assertores.

3. Quibus & author accedit.

4. 5. 6 & seqq. Idq; probatur studiosè.

7. Id quod nostrum est absque nostro facto nobis auferri nequit.

8. Certis modis Feudum acquiritur, nimirùm investitura, successione & præscriptione.

9. Jure feudali Dominus feudi non amittit dominium rei feudalis, nisi apertam feloniam contra Vasallum fecerit.

10. De

10. De jure communi nemo amittit dominium suum nisi certis modis.

11. Quibus modis.

12. Contrariorum *num.* 1. Supra relatorum Argumentum primum.

13. Ad quod respondetur.

14. Fiscus est loco hæredis extranei in allodialibus.

15. Fiscus relicta à defuncto legata & fideicommissa præstare tenetur.

16. Feudalia bona ad extraneos hæredes non transeunt, sed successionis jure pertinent ad filios vel agnatos, qui legitimi successores in feudis sunt.

17. Explicatur *L. Statius Florus.* 48. §. *Cornelio ff. de jur. fisc.*

18. Expressum jure feudali non decidendum ex jure civili, si causa est feudalis.

19. Secunda objectio.

20. Rejicitur.

21. Tertia objectio.

22. Diluitur.

23. Quarta objectio.

24. Annihilatur.

25. Dictio *saltem* declaratur.

26. Quinta objectio.

27. Refellitur.

28. Sexta objectio.

29. Non admittitur.

30. Septima objectio.

31. Ei satisfit.

32. Octava objectio.

33. Dissolvitur.

34. Quod contra juris rationem est introductum non debet produci ad consequentias.

35. Quæ contra juris rationem sunt constituta non possunt sequi regulam juris.

36. Vltimum contrariæ ſententiæ Argumentum.

37. Interpretatur.

38. Extraordinaria capitula ſunt exiguæ authoritatis.

39. *Quæſtio* proponitur, an id, quod de feudo ex culpa Vaſalli commiſſum, exaudiendum ſit de feudo ſine Domini conſenſu alienato?

40. Affirmativam ſententiam probat Author.

41. Contrariorum Argumenta impugnat Hartm. Piſtoris.

DE EO QUOQUE acris eſt contentio inter Doctores noſtros, an feudum, quod ob culpam Vaſalli in Dominum commiſſum, ad ipſum Dominum revertatur, ut apud eum perpetuò maneat, an verò quamdiù Vaſallus delinquens vivit, poſt ejus verò mortem ad agnatos pertineat?
1 Poſterius hoc placet Andr. de Iſernia, *in dict. tit. 31. Si Vaſallus feudo privetur. cui deferatur, num. 7. & ibid.* Matth. de Afflict. *nu. 2. verſ. Secundò fallit*, & aliis quos referunt & ſequuntur Menoch. *conſil. 304. num. 35. & conſil. 534. num. 14.* Camerar. *in tit. 45. An agnatus vel filius. num. 35.* Hartman. Piſtoris, *poſt alios lib. 2. quæſt. jur. quæſt. 15. num 32. & 46. part. 1.* Tùm etiam Hermanno Vultejo, *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 71. verſ. Priorem igitur*

tur illam, pag. 789. Prius verò amplectitur Heinricus à Rosenthal. *de feud. cap. 11. con-* 2
clus. 5. num. 3. 4. & 5. Adprobat quoque idem Fachinæus, *lib. 7. controvers. juris, c. 22. vers. Mihi verò sententia, & vers. Ad Argumenta verò.* Quod autem feudum culpâ Vasalli 3
in Dominum commissâ deperditum, liberè & absolutè ad Dominum revertatur in perpetuum asserere nullus dubito, *per textum, in tit. 37. in princ. An ille qui intersf. fratr.* 4
domini sui amittat feudum. lib. 2. feudor. Ubi disponitur, quod quandò felonia ad Dominum respicit, feudum Domino aperiatur; Unde ex hâc felonia feudum redigitur in eum statum, quo ante concessionem fuit, ut proindè Dominus pro suo arbitrio disponere de eo possit, non etiam illud reservare agnatis.

Suadet etiam hanc conclusionem, *textus* 5
in dict. tit. 24. §. Denique. libr. 2. feud. ubi disertis verbis primò distinguit Jurisconsultus inter culpam Vasalli in ipsummet Dominum commissam, & culpam non in Dominum, sed in quendam alium commissam. Deinde disponit clarissimè, ut priori casu Vasallus amittat feudum, & amissum feudum ad Dominum revertatur; nec additur, ut revertatur ad ipsum usque ad tempus

mortis Vaſalli delinquentis. Revertitur ergò feudum hoc ad Dominum liberè & abſolutè non revocabiliter. Adhæc altero illo caſu, quo in alium, quam Dominum culpa eſt commiſſa, feudum ad agnatos delinquentis Vaſalli pertinere ſcribit Juriſconſultus feudiſta; quod pronunciatum cùm habeat indubitatè hunc ſenſum, ut pertineat feudum hoc caſu ad agnatos & ejus ſucceſſores in perpetuum, patet inde, quod caſu etiam priori ad Dominum & ejus hæredes ſimiliter pertineat feudum in perpetuum. Et quia feudum hoc reverti ad Dominum debet, intelligitur inde, quod ita ad ipſum debeat reverti, ut ſit penes eum, prout fuit ante feudi conceſſionem, plenè ſcilicet & perfectè, ut ipſi invito adimi non poſſit.

Prætereà Juriſconſultus feudiſta non ſimpliciter tradit, feudum ob culpam Vaſalli in Dominum commiſſam reverti ad ipſum Dominum, ſed addit pronunciati hujus cauſam hanc, ut Dominus injuriæ ſuæ hanc ultionem habeat: Eſt ergò hæc pœna Vaſalli delinquentis in Dominum, ut feudo privetur, idque Domino cedat. Sed pœna pecuniaria alicui adquiſita & adpropriata non ad tempus, ſed in perpetuum adplicata cenſetur.

Acce-

Accedit his præterea & hæc ratio, quod 6
jus semel extinctum, per se non reviviscit, quodque feudum semel adquisitum Domino, & in persona ejus radicatum, non aufertur. Cùm id quod nostrum est, sine 7
facto nostro auferri nobis non possit, *l. Id quod nostrum, 11. ff. de reg. jur.*

Adhæc certi sunt modi, quibus aliquis 8
adquirit feudum, nimirùm investitura, successio, & præscriptio, *Tit. 25. Quibus modis feudum constitui potest. libr. 1. feudor. tit. 1. de feudi cognit. in fin. & tit. 26. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnat. §. Si quis per triginta annos, lib. 2. feudor.* His autem modis nusquam in feudorum libris accensetur mors Vasalli, qui ob culpam suam in Dominum commissam amisit feudum. Morte ergò Vasalli delinquentis non adquiritur agnatis ejus feudum ad Dominum reversum.

Et quia Dominiũ rei feudalis ob Vasalli culpam in Dominũ commissam pleno jure ad Dominum redit, nõ potest ei denuò auferri, nisi per modum aliquem, quo vel jure feudali, vel jure communi dominium rei amittitur: Feudali aũt jure Dominus feudi 9
non amittit Dominium rei feudalis, nisi apertam feloniam contra Vasallum fecerit,

Textus

Textus est, *in tit. 47. Qualiter Dominus proprietate feudi privetur, & tit. 26. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum & agnatos, in fin. §. Domino committente lib. 2. feud.* Confert textus, *in tit. 6. §. Dominus quoq; lib. eodem feud.*.

10 Neque etiam jure communi, quis amittit dominium suum, nisi certis modis jure
11 expressis; quales modi sunt testatoris voluntas, *l. Et post. 12. ff. famil. ercisc.* hostilis item occupatio. *l. 5. in fin. & l. Adeò, in prin. ff. de adquirend. rer. dom.* Accessio rei ad rem aliam, de quâ disserui ad §. *Si duorum, & §. Cùm ex aliena materia, Instit. tit. de rer. divis.* magistratus judicisvé authoritas. De hâc agit Donel. *lib. 5. commentarior. de jure civil. cap. 3.* & Domini delictum, ut si Dominus per vim rem suam alicui auferat, *l. Si quis in tantam. 7. C. unde vi*, vel ex causa res Domini fisco vindicetur, quod variis ex causis contingit, de quibus *in l. Cotem. 11. in princ. & §. Dominus. ff. de publicanis. & vectigalib. l. commissa. 14. in princ. ff. d. t. l. 1. ff. de bonis damnator. l. 2. in princ. ff. de pœnis. & tot. tit. ff. de his, quæ ut indign.* Cum ergò his modis non connumeretur etiam mors Vasalli in Dominum delinquentis, negatur meritò hoc etiam modo amittere Dominum rem feuda-

feudalem, quæ ob Vasalli culpam ad ipsum reversa est.

Postremò duobus istis locis, puta, *dict. tit. 24. §. Deniq; & dict. tit. 37. in princ. lib. 2. feud.* disertè quidem disponitur, quod feudum, de quo agimus, ad Dominum revertatur, & Domino illud aperiatur, nec additur ullo verbo, quod idem feudum ad agnatos pertineat mortuo Vasallo delinquente. Non est ergò Interpretis cujusquam legis feudalis dispositionem illam ita restringere.

Quoniam verò authores & patroni opinionis contrariæ, quod scilicet tamdiù saltem Dominus feudum habeat, eoque gaudeat, quamdiù Vasallus in Dominum delinquens, & ejus descendentes vivunt, posteà verò Dominus agnatis illud reddere teneatur, hujus suæ assertionis Argumentum quærunt *ex l. Statius Florus 48. §. Cornelio, ff. de jure fisci*, despiciendum nobis est, 12
an solidum inde fundamentum pronunciato huic poni possit eo in textu. Cautum est ibi, quod bona fideicommisso subjecta, ut illa post mortem fiduciarii hæredis alii restituantur, durante vita gravati hæredis, non possint peti, sed eo demùm defuncto. Quòd si autem gravati hæredis fiduciarii bona

bona in fiscum interim sint redacta, & cum illis bona etiam restitutione subjecta, vivo fiduciario hærede fideicommissarius hæres ea petere à fisco non possit, sed demùm post mortem fiduciarii hæredis. Tunc enim ea fiscus restituere cogatur fideicommissario hærede, unde concludunt, quod feudum ob culpam in Dominum commissam, pertineat quidem ad Dominum quamdiù Vasallus delinquens vivit, sed eo mortuo feudum ad agatos pertineat.

13 Atqui conclusio hæc eo ex fundamento nequaquam extrui potest. Est enim alia ratio fisci, in bonis allodialibus restitutioni subjectis, alia item ratio Domini in feudo ex culpa Vasalli amisso alii restituendo,
14 Fiscus est loco hæredis extranei in bonis allodialibus, *l. 2. C. ad Leg. Iul. de vi, & l. 1. C. de bonis libert.* Unde relicta à defuncto
15 legata & fideicommissa præstare fiscus tenetur, *l. Quidam testamento, 96. §. Quotiens, ff. de legat. 1. l. Recusare. 6. §. Si fisco, ff. ad Senatusconsult. Trebellianum, l. Cum fisco. 9. de Senatusconsf. Silan. l. Dicitur, ff. de jure fisci. l. un. §. pen. C. de caduc. toll.*

Sed Dominus non est loco hæredis in
16 feudo & feudalia bona ad extraneos hæredes non transeunt, sed successionis jure

per-

pertinent ad filios vel agnatos, qui legitimi sunt successores in feudis, *Tit. 45. An agnatus vel filiis, lib. 2. feud.* Transit quidem feudum culpâ Vasalli in Dominum commissâ, transit, inquam, ad Dominum, sed non ut ad hæredem feudalem, sed ut res commissa jure perpetuo. Et notandum est, *ex* 17
d. l. Statius Florus. 48. §. Cornelio, ff. de jure fisci, quod in facti specie illius, §. Duæ res fisco inferuntur, una, quæ delinquentis propria est omninò, altera, quæ restitutioni est subjecta, illa in perpetuum pertinet ad fiscum, hæc verò quamdiù delinquens vivit, & post ejus mortem alii restituenda est. Feudum autem, de quo hîc agimus, pertinet ad Dominum perpetuò, non tantùm, quamdiù Vasallus delinquens vivit, ut suprà evidentissimè ostendi. Cùm igitur hoc apertum sit ex feudorum jure, cessat meritò argumentum ex jure communi 18
prolatum, per text. *in tit. 1. §. Legum autem Romanarum, lib. 2. feudor.*

Pro opinione contraria adducuntur & aliæ rationes, quas recenset Hartman. Pistoris, *libr. 2. quæst. jur. quæst. 15. num. 33. & seqq. part. priori.* Inter alias autem est hæc prima, quod agnati ex prima investitura jus 19
habeant quæsitum, quod æquitatis ratio-

ne

20 ne ipsis auferri non possit. Sed ratio hæc ideò hîc cessat, quod feudum primitùs conceditur hâc conditione, ut Vasallus Domino sit fidelis, sub contraria igitur conditione, si non sit Domino fidelis, revocari intelligitur feudum, ut suprà circa initium exposui.

21 Adfertur à parte adversa etiam hoc Argumentum, ob quam feudum ex Vasalli culpâ in Dominum commissâ, hæc nimirùm, ut Dominus injuriæ suæ hanc ultionem habeat, solum delinquentem Vasallum, & ejus personam attingat, non etiam agnatos hujus Vasalli, cùm naturalis ratio doceat, ut ultio non exigatur ab alio, quam qui culpæ reus est. Verùm hæc ratio
22 nullam hic vim habere potest, quod quando Vasallus in Dominum culpam committit, sibi & agnatis suis præjudicat, & efficit, ut feudum ita revocari possit, ac si nullum datum esset, ut suprà in initio tractatus Quæstionis hujus & circa proximè præcedens Argumentum ostendi. Et quia feudum hoc amissum ad Dominum reverti dicitur, & non addatur simùl, quod ejus esse debeat, donec moriatur Vasallus delinquens, intelligitur, ex eo, quod feudum illud esse Domini & hæredum ejus, in perpe-

petuum manere debeat, per ea, quæ suprà adduxi.

Adducitur tertiò & hoc Argumentum 23
quod Jurisconsultus feudista, *in dict. §. Deniq*, utitur voce Saltem, ut, ait, hanc saltem injuriæ suæ ultionem habeat, quæ dictio saltem imminuendi significationem habet & denotat, non usque adeò magnam esse ultionem, sed aliquam saltem. Atqui hâc ex ratione opinio illa con- 24
traria certum munimentum capere non potest. Dictio enim illa Saltem denotat 25
quidem interdum diminutionem, ut vult Cardinalis *in Clementin. Causam. in princ. tit. de Elect.* Sed quandoque etiam disjunctiva vox est, *l. Sterilis. 21. §. Cùm per venditionem. ff. de action. empti vendit. c. Si diligenti, extr. de foro compet.* Archidiac. *in c. Statutum, col. 10. Tit. de Rescript. 6.* In hâc ergò feudali dispositione disjungit hanc ultionem Domino competentem à quâvis aliâ ultione, non competente Domino, Ultio illa competens est Domino, ut dixi amissi feudi ad Dominum reversio. Quòd si Vasalli delictum aliam quoque mereatur ultionem, puta corporalem aliquam pœnam, ejus executio non pertinet ad Dominum, tanquam feudi Dominum, sed ad competen-

tem Magistratum. Et hoc ipsum est, quod Jurisconsultus feudista voce SALTEM significare voluit. Potest quoque dictis SALTEM ita exaudiri, ut respectum habeat ad aliam majorem ultionem, quam meritus esset Vasallus; siquidem fidelitatis Juramentum violaverit, & perjurus sit factus offensione Domini. Sed hâc saltem ultione, quæ tamen injuriæ Domino illatæ par dici nequeat, contentus esse jubeatur.

Adhæc pro sententia contraria profer-
26 tur & hoc Argumentum, quod agnatis indebitè adimeretur jus ipsorum, & maximo damno ipsi afficerentur sine propriâ culpâ; si diceretur, quod feudum non reciperent etiam mortuo delinquente agnato.

27 Sed Argumentum hoc, quamvis primò intuitu stringere admodùm videatur, attamen dilui hâc responsione potest, quod lex feudalis ita scripta sit, & propterea servanda, licet per quam dura videatur, per textum, *in l. Perspexit, 12. §. 1. ff. Qui & à quib. manumissi liberi non fiunt.*

Non tamen dura aut iniqua debet videri feudalis illa lex, quia in ipsa prima investitura id actum est, ut si Vasallus culpam committat in Dominum, & offendat eum, feudi amissione multari, & perindè esse de-

beat,

beat, ac si feudum neque primo adquirenti neque ejus posteris esset concessum, ut ostendi suprà in principio tractationis hujus principalis Quæstionis.

Objicitur insuper & hoc ergò Argumentum. Nunquam aliquis jure suo privandus est, nisi hoc expressè cautum reperiatur: Sed non est expressè, cautum feudorum jure, ut feudum ex culpâ Vasalli in Dominum commissa, Domino cedat, eoquè agnati in perpetuum priventur; Ergò agnati in perpetuum non privantur eo feudo. 28

Ad hujus Argumenti minorem sive assumptionem respondendum est, quod imò feudorum jure, cautum sit expressè, quod quando Vasallus feudi privatione afficitur ideò, quia ipsummet Dominum crimine suo offendit, feudum Domino aperiatur, & ad eum liberè revertatur, quæ verba sunt textus, *in dict. tit. 37. & tit. 24. §. Denique, lib. 2. feud.* Hæc juris feudorum dispositio clarissima est, nec additum ei, ut feudum illud tamdiù solum ad Dominum pertineat, quamdiù Vasallus peccans vivit, neque ulla idonea dari potest ratio; cur sensum hunc extruere illiq; affingere debeamus. 29

30 Adponitur pro opinione contraria hoc etiam Argumentum: Quæ feudorum jure satis expresè dispositæ non sunt, secundùm regulas juris civilis dijudicari debent, *per text. in tit. 1. libr. 2. feud.* Sed feudorum jure definitum non est expresè, quod feudum ex culpa Vasalli in Dominum commissa, ad Dominum pertineat etiam mortuo postmodùm Vasallo delinquente, Ergò, &c.

31 Verùm ad hujus Syllogismi assumptionem eadem pertinet responsio, quæ data fuit ad præcedens Argumentum.

Præterea contrariæ opinionis Argu-
32 mentum depromitur, *ex tit. 40 de capitulis Corradi, lib. 2. feud.* ubi feudale enunciatum tale extat: Feudum clerico & ejus Ecclesiæ à Rege datum, sed ob Clerici culpam deperditum, vivente Clerico ad Regem pertinet, post mortem verò ejus ad successorem Clerici transit.

33 Videtur quidem primo adspectu textus ille magnoperè confirmare opinionem contrariam, verùm speciale adparet eo in textu: Cùm ille conceptus sit de feudo, quod non solùm clerico, sed & Ecclesiæ simùl

mùl datum eſt, unde propter favorem Ec-
cleſiæ feudum illud non debet perpetuò
apud Dominum Regem manere, ſed mor-
tuo clerico Vaſallo ad ejus ſucceſſorem
migrare. Quod autem contra juris ratio- 34
nem ſimpliciter receptum eſt, produci ad
conſequentias non debet, *l Quod verò. 14. ff.
de legib.* Et quæ contra rationem juris con- 35
ſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regulam
juris. *l. In his. 15. ff. d. tit.* Poſtremò firmari
videtur opinio contraria etiam textu, *tit. 78.* 36
& tit. 98. in extraordin. capit. Loco priori
textus extat talis: Cum feudum hæ-
reditarium, uni ex cohæredibus,
propria culpa aufertur à paribus
per judicium, cæteris non præjudi-
cat. Hoc aūt ita intelligitur, ut vivo eo, vel
ſuis hæredibus feudum ad cæteros venire
non intelligatur. Poſteriori verò loco text⁹
his verbis proponitur: Vaſallus habens
feudum deliquit contra Dominum,
cui judicatū eſt. Agnati cum Domi-
no litigant; quidam dicunt Domino
pertinere, quidam agnato. Dici-
mus autem ad Dominum nō perti-
nere, donec aliquis maſculus ex de-

linquente Vasallo superest, alii verò contradicunt. Notandum hîc est, quod
37 tollenda sit hoc in textu negatio, & legendum, dicimus aũt ad Dominum pertinere, ut sentit Cujac. *ibidem*, & eum sequutus Hartmann Pistoris, *lib. 2. quæst. jur. quæst. 15. part. 1. num. 54.* Licet autem hi textus magnoperè videantur tueri opinio-
38 nem contrariam, attamen tantùm illis extraordinariis capitulis deferendum non est, cùm sint apocripha, & autoritatis exiguæ. Duaren. *in comment. in usus feudor. c. 10. n. 7.* scribit, hæc capitula esse supposititia, nec satistutam esse probationem, quæ inde petitur. Idem quoque sentit Jason, *consil. 30. num. 21. vol. 1.* Quod autem hactenùs traditum fuit, feudum ex culpâ Vasalli in Dominum commissâ, ad Dominum pertine-
39 re, quæritur an etiam exaudiendum illud sit de feudo sine Domini consensu alienato?
40 Ajens pronunciatum robur accipit, *ex tit. 5. vers. aut libellario, lib. 1. quib. mod. feud. amittat. tit. 24. §. ult. qua fuit prima causa benefic: amittendi. tit. 44. quid juris, si post alienat. feud. Vasall. recuperav. tit. 55. de prohib. feud. alienat. per Frideric. §. Callidis. tit. 42. de controv. inter domin. & emptor. feud. libr. 2. feud.*

feud. Non desunt tamen, qui dissentiunt, 41
quos refutat meritò Hartman. Pistoris, *lib. 2. quæst. jur. part. 1. quæst. 17.*

Catalogus operum ejusdem Autoris eadem in Academiâ editorum.

ANNO 1584. congessi controversarum conclusionum miscellanearum centuriam, quam partim exercitii publici gratiâ, partim pro gradu in utroque jure consequendo, *die 29. Augusti, item 5. & 11. Septemb.* adjectis fundamentis, proposui, & feliciter defendi. Eandem posteà objectionibus & declarationibus in usum studiosorum juris limatiorem edidi, Typis Theodorici Werlini, ANNO 1614.

ANNO 1587. conscripsi & in lucem protuli Commentarium *in celebrem, l. Contractus. 23. ff. de reg. jur.* & methodicum Tractatum de donationibus, ac repetitionem, *l. Ea quæ, C. de condict. indebit.*

ANNO 1588. edidi disputationes cum fundamentis ad tres priores Pandectarum

partes; quâ operâ meà idem præstandi caussam præbui multis aliis.

ANNO 1591. in lucem produxi Tractatum meum de jure belli & duelli; qui postea auctus, ANNO 1616. denuò typis fuit excusus. Hinc disputationes de universo jure conscripsi, easque in classes quinque tributas in usum publicum Typis Georgii Gruppenbachii imprimi curavi; quarum prima evulgata fuit ANNO 1596. Secunda ANNO 1597. Tertia ANNO 1599. Quarta ANNO 1600. Quinta & ultima ANNO 1602.

ANNO 1608. edidi locupletem de Regalibus Tractatum, Cellianis Typis, eodemque Anno evulgavi similiter Typis Cellianis Tractatum de investitura feudi.

ANNO EODEM protuli in lucem Tractatum de crimine majestatis: tùm etiam explicationem Quæstionis *illustris de fructibus rei alienæ*, quam quis bona vel mala fide possedit; Et disquisitionem rationis componendi dissidii quod est inter l. 2. ff. Stellionat. & l. Quid ergò. 13. § ult. ff. de his qui notant. infam.

ANNO 1609. publicâ donavi luce Tractatum de Jurisdictione excusum Typis Cellianis.

ANNO

ANNO 1611. edidi Commentarium in l. un. C. de famos. libell. in quo latè quinq; capitibus, de hâc materiâ differui.

Integrum similiter de injuriis & famosis libellis confeci Tractatum; quem ideo hactenùs publicum fieri nolui, quod Dominus Socer meus & Collega *D. Iohannes Halbritter* in suo Tractatu de injuriis & famosis libellis, hanc juris partem eruditè tractaverit, & eum sequutus Dominus Collega *D. Iohannes Harpprecht.* in Tit. Instit. de Injuriis.

Disputationum mearum de universo jure exemplaribus distractis, easdem duas in partes sejunxi, quas Theodoricus Werlin Typographus Academicus expensis Johannis Berneri, Civis & Typofusoris Francofurtensis impressit ANNO 1612. & seq.

ANNO 1618. Commentarios meos in lib. 1. & 2. Institut. Justiniani Imperatoris publicos feci.

Post in tertium earundem Institutionum librum meos edidi Commentarios, ANNO 1621. In librum quartum meditationes meæ, nisi morbus anteverterit diuturnior, publicum in usum jam pridem prodiissent.

Conſcripſi quoque ante Annos viginti Tractatum, de omnis generis homicidio, duobus libris concluſum cujus meminit, Clariſſimus Dominus Collega *Harpprechtus in ſuo Commentario ad Tit. Inſtit. de public. judic. §. Item Lex Cornelia, num. 43.* verùm Tractatus hujus manuſcripti poſſeſſionem cùm amiſerim, non potui eum hactenùs publicâ donare luce. Brevi autem volente DEO Typis evulgabitur.

ANNO 1611. Typis Cellianis impreſſum edidi Tractatum de ſubſtantia, natura & accidente feudi: Item Tractatum de qualitate & differentia feudorum.

ANNO 1612 excudi curavi Tractatum Quæſtionum controverſarum, de jure ſuccedendi in feudum, continentem centum & tres Quæſtiones utiliſſimas & cottidianas.

ANNO EODEM denuò imprimi feci Tractatum de Quæſtionibus & Torturis, cùm prima editio ampliùs non extaret, & plurium deſiderio altera à me peteretur.

ANNO 1614. edidi methodicum Commentarium de donationibus.

EODEM ANNO Commentarium *in l. contractus. 23. ff. de reg. jur.*

ANNO

ANNO ITEM EODEM Tractatum edidi de jure monetarum.

ANNO 1615. confeci & in lucem produxi feudalem Tractatum de jure & commodo Senioris sive Domini, itemque Vasalli duobus libellis conclusum.

EODEM ANNO edidi Tractatum de adulterio & adulteris.

Tùm etiam Tractatum de furtorum criminalibus pœnis; ut & Tractatum de diffidationibus, von Befehden / Absagen / Feinds- vnd Fehdts-Brieffen Brandtschatzen / ꝛc. Ut & Tractatum de crimine prædationis, latrocinii, & incendiariorum.

ANNO 1617. edidi Tractatum de jure collectarum: ut & duas Orationes; Unam de dignitate & utilitate Academiarum; Alteram de literariis gradibus & honoribus, in diversis juris Candidatorum renunciationibus recitatas.

ANNO 1628. Tractatione laboriosa expedivi Quæstiones quatuor admodùm perplexas, ad modos amittendi feudum pertinentes; quarum prima est; An Vasallus ipso jure vel judicis privante sententia feudum ob culpam amittat? Secunda: An Dominus feudum ipso jure amissum, authoritate propriâ possessionem rei feudalis occu-

occupare possit, necne? Tertia ad quem pertineat feudum ita amissum, num ad ipsum feudi Dominum, vel ad agnatos? Quarta: An feudum ex culpa Vasalli amissum, & ad Dominum reversum, post ejus Vasalli mortem ad agnatos pertineat?

Reliqui labores mei num publicum visuri sint lucem non parùm hæsito. Tùm quia corporis & animi vires propter ætatem affectam, & morbi multiplicis injuriam deficere me cœperunt: tùm quia illi ipsi fœtus ingenii mei nondum omninò & per omnia perfecti sunt: Cujusmodi sunt Commentarii in Tit. ff. de verborum significat. & Tit. de reg. jur. quos partim ante Annos 40. Helmstadianæ, partim hâc in Academia juris studiosis antequam publicum profitendi munus assignaretur mihi, impendere non dubitavi. In eorum quoque numero sunt lucubrationes meæ, in librum Institutionum Justiniani Imperatoris quartum, & in Constitutiones Augustissimi Imperatoris Caroli V.

Errata

Errata sic corrigenda.

In limine, lin. 18. possit. fac. seq. lin. 21. lege Queis. pag. 15. lin. 16. post. verbum privante adde amitti. pag 37. lin. 20. lege sententia. pag. 86. lin. 7. lege commissâ. & adde ibi. dictum est. eâdem paginâ, lin. 16. lege commissam. Reliqua *benevolus Lector spongia benevolentiæ, si quæ sint corrigat* σφάλματα.

FINIS.

Benevolus Lector officiosè rogatur, ut in carmine, his Quæstionibus præmisso. In versu. 15. pro adhuc. legat. omnes: in versu seq. pro omnes. legat antiquis; eodem. pro jungere: dare: in vers. 27. legat. pulchrum sed pulchrior.